





STANFORD UNIVERSITY LIBRARY

DE HERACLIDIS PONTICI VITA ET SCRIPTIS.

DISSERTATIO PHILOLOGA

AB

ACADEMIA ROSTOCHIENSI PRAEMIO ORNATA

QUAM

AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINI ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

TRADIDIT

OTTO VOSS

SIVANENSIS MEGALOPOLITANUS.

ROSTOCHII

TYPIS ACADEMICIS ADLERIANIS

MDCCCXCVI.

De dissertatione probanda ad ordinem rettulit

I. de Arnim, prof.

Examen rigorosum habitum est die XIII. mens. april. a. h. s. XCVI.

IOANNI DE ARNIM

S.

Egerunt ante me de Heraclide Pontico:

J. E. G. Roulez, de vita et scriptis Heraclidis Pontici. Lovanii 1828.
E. Deswert, de Heraclide Pontico. Lovanii 1830.
P. Hoogvliet, de Heraclide Pontico. Lugd. Bat. 1856.
F. Schmidt, de Heraclidae Pontici et Dicaearchi Messenii dialogis deperditis. Vratisl. 1867.
G. F. Unger, Herakleides Pontikos der Kritiker. Rh. M. 38 p. 481 sqq.
H. Schrader, Heraclidea. Philolog. 44 p. 236 sqq.

I.

De vita Heraclidis Pontici.

In opere Diogenis Laertii ad Heraclidem Ponticum vita pertinet in fine libri quinti i. e. inter peripateticas collocata. Vitae Laertianae prima pars (V 86 Ἡρακλείδης — σεμνός), quam in principio uberiorem fuisse Diogene cum Suida s. v. Ἡρακλείδης comparato facile tibi persuadebis (cf. Wilam. Phil. Unt. IV p. 46), nuntios de Heraclidis gente, magistris, habitu complectitur. Auctorem in hac parte Diogenes unum Sotionem laudat. Tum Heraclidis genus dicendi et ars dialogos componendi aestimatur (V 86 φέρεται δ' αὐτοῦ — V 89 ψυχαγωγεῖν ἱκανῶς δυνάμενος); huic parti male inseruit, ut videbimus p. 21, Diogenes vel quem compilavit catalogum illum librorum Heraclideorum, qui quin ex Hermippo fluxerit, cum Wilamowitzio (Phil. Unt. IV p. 329) et Susemihlio (Al. L. G. I p. 494) nullus dubito. In tertia parte (V 89—91) primum affertur ex Hippoboto nuntius Demetrii Magnetis de Heraclide tyrannicida — falsus quia Ponticum cum Aenio commutat — et de morte Heraclidis: Demetrii, non ut solet Hermippi, narratiunculae Diogenes suum adiungit epigramma. Deinde quae Hermippus de morte Heraclidis ementitus erat referuntur. Quarta pars, κλοπαὶ illae (V 92. 93), cui debeantur auctori, non prodit Diogenes. Finem facit index quattuordecim Heraclidarum cognominium (V 94), sine dubio ex eiusdem Demetrii libro περὶ ὁμωνύμων natus, attamen retractato: nam enumeratur etiam Heraclides Ponticus minor Didymi discipulus. — Summam totius vitae si excipis quae a Demetrio Magnete originem trahunt, cum ad Hermippum auctorem, Heraclidis scriptorum peritissimum, revoco, non aberrare mihi videor a vero.

Testimonia de vita Heraclidis.

1. DL V 86: Ἡρακλείδης Εὐθύφρονος Ἡρακλεώτης τοῦ Πόντου, ἀνὴρ πλούσιος

2. Suid. s. v. Ἡρακλείδης: Ἡρακλείδης Εὐθύφρονος (Εὔφρονος codd.) φιλόσοφος Ἡρακλείας τῆς Πόντου, τὸ δὲ γένος ἄνωθεν ἀπὸ Δάμιδος, ἑνὸς τῶν ἡγησαμένων τῆς εἰς Ἡράκλειαν ἐκ Θηβῶν ἀποικίας.

3. DL V 86: οὗτος ἐσθῆτί τε μαλακῇ ἐχρῆτο καὶ ὑπέρογκος ἦν τὸ σῶμα, ὥστε αὐτὸν ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν μη Ποντικὸν ἀλλὰ Πομπικὸν καλεῖσθαι, πρᾷός τε ἦν τὸ βάδισμα (βλέμμα coni. Cobet) καὶ σεμνός.

4. Plut. Camill. 22: τοῦ μέντοι πάθους (scil. proelii ad Alliam commissi) καὶ τῆς ἁλώσεως ἔοικεν ἀμυδρά τις εὐθὺς εἰς τὴν Ἑλλάδα φήμη διελθεῖν· Ἡρακλείδης γὰρ ὁ Ποντικός, οὐ πολὺ τῶν χρόνων ἐκείνων ἀπολειπόμενος, ἐν τῷ περὶ ψυχῆς συγγράμματί φησιν ἀπὸ τῆς ἑσπέρας λόγον κατασχεῖν ὡς στρατὸς ἐξ Ὑπερβορέων ἐλθὼν ἔξωθεν ᾑρήκοι πόλιν Ἑλληνίδα Ῥώμην, ἐκεῖ που κατῳκημένην περὶ τὴν μεγάλην θάλατταν.

5. Strabo VIII 385: κατεκλύσθη δ' ἡ Ἑλίκη δυσὶν ἔτεσι πρὸ τῶν Λευκτρικῶν. Ἐρατοσθένης δὲ καὶ αὐτὸς ἰδεῖν φησι τὸν τόπον .. Ἡρακλείδης δέ φησι κατ' αὐτὸν γενέσθαι τὸ πάθος νύκτωρ κτλ.

6. DL V 86: Ἀθήνησι δὲ παρέβαλε πρῶτον μὲν Σπευσίππῳ, ἀλλὰ καὶ τῶν Πυθαγορείων διήκουσε, καὶ τὰ Πλάτωνος ἐζηλώκει, καὶ ὕστερον ἤκουσεν Ἀριστοτέλους, ὥς φησι Σωτίων ἐν διαδοχαῖς.

7. DL III 46: Μαθηταὶ δ' αὐτοῦ (sc. Πλάτωνος) Σπεύσιππος Ἀθηναῖος, Ξενοκράτης Χαλκηδόνιος, Ἀριστοτέλης Σταγειρίτης .... Ἡρακλείδης Ποντικὸς καὶ ἄλλοι πλείους.

8. Index Acad. Hercul. (ed. Buechel. Gryph. 1869) VI 1 (ubi enumerantur Platonis discipuli): .. Ξενοκράτης Χαλκηδόνιος, Ἡρακλείδης Ἀμύντας Ἡρακλεῶται, Μενέδημος Πυρραῖος, Ἑστιαῖος Περίνθιος, Ἀριστοτέλης Σταγειρίτης κτλ.

9. Strabo XII 541: προςεκτήσατο δ' οὗτος (scil. Μιθραδάτης ὁ Εὐπάτωρ) καὶ τὴν μέχρι Ἡρακλείας παραλίαν ἐπὶ τὰ δυσμικὰ μέρη, τῆς Ἡρακλείδου τοῦ Πλατωνικοῦ πατρίδος.

Cf. Suidas s. v. Ἡρακλείδης: Πλάτωνος γνώριμος.

10. Cicero ND I 13: ex eadem Platonis schola Ponticus Heraclides puerilibus fabulis refersit libros etc.

11. Cic. de Legg. III 6: post (sc. post Platonem) Aristoteles illustravit omnem hunc civilem in disputando locum Heraclidesque Ponticus profectus ab eodem Platone.

12. Cic. Tusc. disp. V 3: auditor Platonis Ponticus Heraclides, vir doctus imprimis.

13. Cic. de Divin. I 23: Ponticus Heraclides, doctus vir, auditor et discipulus Platonis.

14. Procl. in Plat. Tim. 281 E: Ἡρακλείδης μὲν οὖν ὁ Ποντικός, οὐ Πλάτωνος ὢν ἀκουστής, ταύτην ἐχέτω τὴν δόξαν, κινῶν κύκλῳ τὴν γῆν· Πλάτων δὲ ἀκίνητον αὐτὴν ἵστησιν.

15. Plut. adv. Colot. 14: ποῦ γὰρ ὢν τῆς ἀοικήτου τὸ βιβλίον ἔγραφες; ἵνα ταῦτα συντιθεὶς τὰ ἐγκλήματα, μὴ τοῖς ἐκείνων συντάγμασιν ἐντύχῃς, μηδ' ἀναλάβῃς εἰς χεῖρας Ἀριστοτέλους τὰ περὶ οὐρανοῦ καὶ τὰ περὶ ψυχῆς, Θεοφράστου δὲ τὰ πρὸς τοὺς φυσικούς, Ἡρακλείδου δὲ τὸν Ζωροάστρην, τὸ περὶ τῶν ἐν ᾅδου, τὸ περὶ τῶν φυσικῶς ἀπορουμένων, Δικαιάρχου δὲ τὰ περὶ ψυχῆς, ἐν οἷς πρὸς τὰ

κυριώτατα καὶ μέγιστα τῶν φυσικῶν ὑπεναντιούμενοι τῷ Πλάτωνι καὶ μαχόμενοι διατελοῦσι; καὶ μὴν τῶν ἄλλων περιπατητικῶν ὁ κορυφαιότατος Στράτων κτλ.

16. Plut. non posse suav. viv. 12: —μεμαθηκόσιν, εἰ μηδὲν ἄλλο, γράφειν περὶ Ὁμήρου καὶ περὶ Εὐριπίδου, ὡς Ἀριστοτέλης καὶ Ἡρακλείδης καὶ Δικαίαρχος.

17. Procl. in Plat. Tim. 28 C: εἴπερ γάρ τις ἄλλος, καὶ ποιητῶν ἄριστος κριτὴς ὁ Πλάτων, ὡς καὶ Λογγῖνος συνίστησιν· Ἡρακλείδης γοῦν ὁ Ποντικός φησιν, ὅτι τῶν Χοιρίλου τότε εὐδοκιμούντων Πλάτων τὰ Ἀντιμάχου προὐτίμησε καὶ αὐτὸν ἔπεισε τὸν Ἡρακλείδην εἰς Κολοφῶνα ἐλθόντα τὰ ποιήματα συλλέξαι τοῦ ἀνδρός· μάτην οὖν φληναφοῦσι Καλλίμαχος καὶ Δοῦρις ὡς Πλάτωνος οὐκ ὄντος ἱκανοῦ κρίνειν ποιητάς.

18. Simpl. in Ar. Phys. III 4 (p. 202 b 36): — ἔλεγεν (scil. Πλάτων) ἐν τοῖς περὶ τἀγαθοῦ λόγοις, ὡς Ἀριστοτέλης καὶ Ἡρακλείδης καὶ Ἑστιαῖος καὶ ἄλλοι τοῦ Πλάτωνος ἑταῖροι παραγενόμενοι ἀνεγράψαντο τὰ ῥηθέντα κτλ.

cf. Simpl. l. l. I 4 (p. 187 a 12): — ὡς καὶ ἐν τοῖς περὶ τἀγαθοῦ Ἀριστοτέλης μνημονεύει. λάβοι δὲ ἄν τις καὶ παρὰ Σπευσίππου καὶ παρὰ Ξενοκράτους καὶ τῶν ἄλλων, οἳ παρεγένοντο ἐν τῇ περὶ τἀγαθοῦ Πλάτωνος ἀκροάσει· πάντες γὰρ συνέγραψαν καὶ διεσώσαντο τὴν δόξαν αὐτοῦ. cf. Aristox. Harm. Elem. II 30 Meib.

[19.] Suid. s. v. Ἡρακλ.: ἐκδημήσαντος δὲ Πλάτωνος εἰς Σικελίαν προεστάναι τῆς σχολῆς κατελείφθη ὑπ' αὐτοῦ.

[20.] DL V 89: δοκεῖ δὲ καὶ τὴν πατρίδα τυραννουμένην ἐλευθερῶσαι τὸν μόναρχον κτείνας, ὥς φησι Δημήτριος ὁ Μάγνης ἐν ὁμωνύμοις.

[21.] Athen. IV 134 b: Ἀντιφάνης ἐν Καρσὶν κατὰ τὸ Ἀττικὸν ἔθος τῆς ὀρχήσεως κωμῳδεῖ τινα τῶν σοφῶν ὡς παρὰ δεῖπνον ὀρχούμενον, λέγων οὕτως·

οὐχ ὁρᾷς ὀρχούμενον
ταῖς χερσὶ τὸν βάκηλον; οὐδ' αἰσχύνεται
ὁ τὸν Ἡράκλειτον πᾶσιν ἐξηγούμενος,
ὁ τὴν Θεοδέκτου μόνος ἀνευρηκὼς τέχνην,
ὁ τὰ κεφάλαια συγγράφων Εὐριπίδῃ.

22. Ind. Acad. Hercul. VI 5 ab imo: κατέστρεψέν τ' (sc. Σπεύσιππος) ἔτη κατασχὼν ὀκτὼ τὸν περίπατον· οἱ δὲ νεανίσκοι ψηφοφορήσαντες . . Ξενοκράτην εἵλοντο . . Ἀριστοτέλους μὲν ἀποδεδημηκότος εἰς Μακεδονίαν, Μενεδήμου δὲ τοῦ Πυρραίου καὶ Ἡρακλείδου τοῦ Ἡρακλεώτου παρ' ὀλίγας ψήφους ἡττηθέντων. ὁ μὲν οὖν Ἡρακλείδης ἀπῆρεν εἰς τὸν Πόντον ἕτερον περίπατον καὶ διατριβὴν κατεστήσατο· οἱ δ' Ἀκαδημεϊκοὶ φαίνονται προκρῖναι τὸν Ξενοκράτην ἀγασθέντες αὐτοῦ τήν τε σωφροσύνην . . . .

23. DL I 107: Εὐθύφρων δ' ὁ Ἡρακλείδου τοῦ Ποντικοῦ Κρῆτά φησιν εἶναι (sc. τὸν Μύσωνα). Ἠτείαν γὰρ πόλιν εἶναι Κρήτης.

24. DL VII 166: ἦν δὲ (sc. Διονύσιος ὁ Μεταθέμενος) παῖς μὲν Θεοφάντου, πόλεως δ' Ἡρακλείας· ἤκουσε δέ, καθά φησι Διοκλῆς, πρῶτον μὲν Ἡρακλείδου τοῦ πολίτου, ἔπειτ' Ἀλεξίνου καὶ Μενεδήμου, τελευταῖον δὲ Ζήνωνος.

Percensentibus nobis hanc testimoniorum seriem facile apparet, unum tantum exstare inter omnia quod certam nobis ansam praebet

ad tempus Heraclidis vitae accuratius definiendum: post mortem Speusippi cum iuvenes Academici Xenocratem suffragiis scholae Platonicae moderatorem elegissent, Heraclides Athenis in patriam rediit (test. 22). Quod factum est octo annis post Platonis mortem a. 338 a. Chr. Jam igitur videamus num fieri possit ut ex ceteris testimoniis certiorem Heraclidis vitae descriptionem eliciamus.

Heraclides Euthyphronis filius patriam habuit Heracleam, celeberrimam Ponti urbem. Quo anno sit natus, cum nusquam tradatur, sciri nequit; satis habeamus terminos constituere quibus annus natalis circumcludatur. Qua in re non ita multum proficere videmur comparato test. 4 cum 5. Strabo cum Helicen Achaiae oppidum duobus annis ante pugnam ad Leuctra commissam i. e. anno 373 fluctibus eversam esse narrat, addit (ex Eratosthene, ut puto, quem paulo antea nominat) Heraclidem dicere hanc calamitatem suis temporibus (κατ' αὐτόν) factam esse. Ex quo sequitur Heraclidem a. 373 iam inter vivos fuisse. Plutarchus vero dicit, Gallorum in urbem Romam invasionis obscuram quandam cognitionem statim in Graeciam penetrasse ex eo colligi posse quod in libro περὶ ψυχῆς huius rei mentionem fecerit Heraclides οὐ πολὺ τούτων τῶν χρόνων ἀπολειπόμενος. Haec verba solum ita intelligi possunt: Heraclidem paucis tantum annis abesse ab illis temporibus, paulo iuniorem fuisse, non multum post haec tempora vixisse. Nam hic est usus verbi ἀπολείπειν si ad tempus refertur, ut scribit idem Plutarchus Num. 1: οἱ δὲ Πυθαγόραν μὲν ὀψὲ γενέσθαι, τῶν Νομᾶ χρόνων ὁμοῦ τι πέντε γενεαῖς ἀπολειπόμενον. Cf. Aristot. Hist. an. VI 18: ζῶσι δ' αἱ πλεῖσται μὲν (sc. ὗες) περὶ ἔτη πεντεκαίδεκα, ἔνιαι δὲ καὶ τῶν εἴκοσιν ὀλίγον ἀπολείπουσιν. Hes. O. 695: μήτε τριηκόντων ἐτέων μάλα πόλλ' ἀπολείπων μήτ' ἐπιθεὶς μάλα πολλά. Galli Romam ceperunt mense Julio anni 388 (secundum Romanorum falsam temporum computationem a. 390 cf. Mommsen R. G. I. p. 332; Röm. Chronol. p. 26 A 32). Plutarchus igitur qui hanc notitiam ex ipso illo de anima libro Heraclidis hausisse videtur, sive quod Heraclides ipse de hac re ibi verba fecerat, sive alia quadam ratione fultus paulo post Gallorum invasionem Heraclidem natum esse testatur. Ab hoc Plutarchi testimonio, etsi non nimis est urgendum, tamen eo minus recedendum esse puto, quod cum cetera nostra Heraclidis vitae computatione congruere videbimus.

Natus igitur est Heraclides intra annos 388 et 373. Heraclea patria, Milesiorum ut ait Strabo (XII 542), Megarensium ut alii (Xenoph. Anab. VI init. Diod. XIV 31. Paus. V 26) colonia per longum temporis spatium, ut consentaneum est in civitate Dorica, ab oligarchia regebatur. Prioribus temporibus pauci rem publicam gesserant; postea senatorum numerus in sescentos constitutus, tum vero in trecentos diminutus est (Aristot. Polit. V 1305 b. Polyaen. Strateg. II 30, 2).

Sed gravissimae optimates inter et plebem dissensiones exortae erant quarum finis Heracleotis etiam finem libertatis adduxit. Audiamus de hac re Justinum XVI 4: ‚Passi sunt inter plurima mala etiam tyrannidem; siquidem cum plebs et novas tabulas et divisionem agrorum divitum impotenter flagitaret, diu re in senatu tractata cum exitus rei non inveniretur, ad postremum adversus plebem nimio otio lascivientem auxilia a Timotheo Atheniensium duce, mox ab Epaminonda Thebanorum petivere. Utrisque negantibus, ad Clearchum, quem ipsi in exilium egerant, decurrunt.‘ Clearchus quem Suidas (s. v.) et Memno, optimus atque uberrimus nobis rerum Heracleensium auctor (Phot. bibl. cod. 224) Platonis discipulum nominant, antea ab optimatibus in exilium missus, nunc revocatus, cum senatus et Mithradatis regis Ponti auxilio summa in urbe imperii ei delata esset, occasione usus aptissima tyrannide potitur. Plebis verbis sollicitatae gratiam sibi conciliat; crudelissime in senatum saevit. Profugi optimates bellum in Clearchum parant; proelio commisso ‚victor tyrannus captivos senatores in triumphi modum per ora civium trahit. Reversus in urbem alios vincit, torquet alios, occidit alios; nullus locus urbis a crudelitate tyranni vacat.‘ Justin. XVI 5. Quae gesta esse apparet initio Clearchi tyrannidis; hanc vero tenuit per duodecim annos inde ab a. 364 usque ad a. 352, testibus Diodoro XVI 36, Memnone p. 222 b 42. Heraclidis familia a partibus optimatium stabat; nam et Diog. La. (t. 1) nominat eum virum divitem (cf. quae de philosophi habitu atque incessu tradit t. 3), et Suidas refert Heraclidem gentis nobilissimae et vetustissimae prolem fuisse, quae originem a Damide, Thebanorum colonorum olim duce, trahebat. Itaque pro certo affirmare posse mihi videor, Heraclidem aut cum Clearchus in optimates saeviret, fugisse, aut iam antea Heracleam deseruisse, certe non post a. 364 Athenas advenisse, quo se statim ex patria contulisse videtur.

Ἀθήνησι δέ, ut ait Sotio, παρέβαλε πρῶτον μὲν Σπευσίππῳ· ἀλλὰ καὶ τῶν Πυθαγορείων διήκουσε· καὶ τὰ Πλάτωνος ἐζηλώκει καὶ ὕστερον ἤκουσεν Ἀριστοτέλους. Falso interpretati sunt hunc locum Deswert (p. 8), Roulez (p. 10) alii; nam quominus verba παρέβαλε Σπευσίππῳ ad illud demum tempus referamus quo Speusippus Academicae scholae praeerat, impedit nos illud πρῶτον μέν, cui respondet καὶ ὕστερον. Iam ante a. 347 Heraclidem Platonis discipulum fuisse, cum ex multis et aliorum et ipsius Heraclidis (t. 17) testimoniis, tum ex philosophi eius scriptis et doctrina satis apparet, neque Sotio negare potuit. Itaque Σπευσίππῳ παρέβαλεν Heraclides antequam alios philosophos novit aut audivit. Verbum autem παραβάλλειν intransitivum proprio sensu appropinquare, accedere significat ut Polyb. 12, 5, 1: ἐμοὶ δὲ συνέβαινε καὶ παραβεβληκέναι πολλάκις εἰς τὴν τῶν Λοκρῶν πόλιν, aut occurrere ut Plat. Rep. 8 p. 556 e:

ὅταν παραβάλλωσιν ἀλλήλοις οἱ ἄρχοντες καὶ οἱ ἀρχόμενοι ἢ ἐν ὁδῶν πορείαις ἢ ἐν ἄλλαις τισὶ κοινωνίαις, tum vero accedere, se applicare ad philosophum, philosophum audire, eius doctrina imbui discipulumque fieri, ut saepissime legimus apud Diog. La. e. g. VI 21, VII 168, IV 28, VI 2, IX 34. Quae cum ita sint, quomodo Sotio, si vera tradidit, Heraclidem dicere potuit primum se ad Speusippum applicuisse, vivo Platone? Num putare possumus Speusippum, iuxta Platonem, suum et diversum discipulorum coetum habuisse? Immo vero Speusippi doctrina uti potuisse prorsus nemo putandus est nisi qui Platonem potissimum magistrum sectabatur. Manifestum esse mihi videtur, Sotionem vel ex quo hausit, sic ut apud Diogenem legimus tum solum loqui potuisse, si Heraclides absente Platone Athenas venit et Speusippo se in scholam dedit ad eumque se applicuit. Quod si recte disputavi, Heraclides dum Plato aut alterum aut tertium — nam de primo Platonis itinere nemo cogitabit — in Siciliam profectus Athenis aberat, hoc ipso tempore Athenas advenit. De his Platonis itineribus quamquam singula non plane constant, tamen de prioris tempore consentiunt viri docti factum esse post Dionysii maioris mortem qui diem obiit hieme anni 368/67 cf. Zeller Ph. d. G. II 1[4] p. 423, Wilam. Aristot. u. Athen. I p. 318. Sed Plato re infecta rediit: Dio a tyranno invidioso in exilium missus est. Exul Dio etiam Athenis diutius moratus artissimo amicitiae vinculo cum Speusippo iungebatur, Plut. Dio 17: ᾤκει (sc. Δίων) μὲν οὖν ἐν ἄστει παρὰ Καλλίππῳ τινὶ τῶν γνωρίμων, ἀγρὸν δὲ διαγωγῆς χάριν ἐκτήσατο καὶ τοῦτον ὕστερον εἰς Σικελίαν πλέων Σπευσίππῳ δωρεὰν ἔδωκεν, ᾧ μάλιστα τῶν Ἀθήνησι φίλων ἐχρῆτο καὶ συνδιῃτᾶτο. Cui nuntio si nos fidem praebere licet, quod equidem non dubito, eo verisimilius arbitrabimur, Speusippum, cum paucis annis postea Plato, pacificaturus Dionem inter et Dionysium, tertium in Siciliam profectus est, comitem magistri fuisse, id quod nobis tradit idem Plutarchus Dio 22, cf. Plat. epist. II 314 D. Itaque Sotionis verba solum ad alterius Platonis in Siciliam itineris tempus referri possunt, quod optime quadrat cum ratione nostra supra facta, secundum quam Heraclidem ante annum 364 patriam deseruisse statuimus.

Quae cum ita sint iam consentaneum est nobis non probari Suidae nuntium (t. 19), Heraclidem ἐκδημήσαντος Πλάτωνος εἰς Σικελίαν προεστάναι τῆς σχολῆς καταλειφθῆναι ὑπ' αὐτοῦ. Nam si Heraclides intra annos 367—364 admodum iuvenis Athenas venit, nullo modo putabimus Platonem paulo post eundem iuvenem per paucos tantum annos disciplinae suae et philosophiae studiosum et qui post Aristotelem demum Academicorum sectam secutus est scholae praefecisse. Sed ut hanc quaestionem gravissimam et difficilem recte et sine ira ac studio discernamus, missam faciamus totam computationem nostram et videamus num per se nuntius ille solo Suidae testimonio

fultus stare possit. Neque id urgeam nusquam alibi apud veteres nobis tradi, scholae ducem iter facturum vicario administrationem scholae mandasse; nam de tota scholarum institutione valde silent scriptores. Sed si nuntium Suidae ad originem referre nobis continget, non Suidam sed auctorem nuntii sequemur.

Probant Suidae nuntium viri docti quoad vidi omnes; et fulcire student loco Aristoclis apud Euseb. praep. ev. XV 2, 2: τίς δ' ἂν πεισθείη τοῖς ὑπ' Ἀριστοξένου τοῦ μουσικοῦ λεγομένοις ἐν τῷ βίῳ τοῦ Πλάτωνος; ἐν γὰρ τῇ πλάνῃ καὶ τῇ ἀποδημίᾳ φησὶν ἐπανίστασθαι καὶ ἀντοικοδομεῖν τινας περίπατον ξένους ὄντας. οἴονται οὖν ἔνιοι ταῦτα περὶ Ἀριστοτέλους λέγειν αὐτόν, Ἀριστοξένου διὰ παντὸς εὐφημοῦντος Ἀριστοτέλην. Ac Wilamowitzius quidem dicit Phil. Unterss. IV p. 280 A 12: ‚Diogenes hat es (scil. Suidae nuntium) ausgelassen. Es ist unzweifelhaft durch den Anm. 19 citierten Bericht bei Philodem; die Quelle wahrscheinlich Herakleides selbst. Übrigens scheint mir evident, dass Aristoxenos mit der Bemerkung, dass dem Platon während seiner Abwesenheit in Sicilien ξένοι τινὲς ἐπανέστησαν καὶ περίπατον ἀντῳκοδόμησαν eben den Herakleides meint. Natürlich verdreht er den Sachverhalt'. Et Zellerus Ph. d. G. II 2[4] p. 13 A 1: ‚Ich möchte vermuten, dass sich die Angabe des Aristoxenos auf die I p. 369, 3 (ubi Suidae locum affert) berührte Thätigkeit des Herakleides bezieht, welche er dann freilich, nach seiner Weise, missdeutet hätte'. Consentiunt ut vides viri docti. Atque locum quidem indicis Herculanensis quem afferunt, infra monstrabo nihil valere ad rem nostram; si autem re vera, ut censet Wilamowitzius, Heraclides tale quid alicubi memoraverat, multo magis puto Suidae nuntium ex falsa huius loci interpretatione fluxisse quam Aristoxenum verbis ab Aristocle allatis Heraclidem describere voluisse concedo. Nam si verum erat Platonem dum absens foret, Heraclidem Academiae praeposuisse Ponticumque huius rei in scriptis mentionem fecisse, hoc inter omnes constabat, nec intelligitur quid sibi voluerit Aristoxeni calumnia quam ineptam esse quivis sciebat. Immo vero ex Aristoxeni verbis lucide apparet Platonem, dum aberat in Sicilia, neminem scholae praefecisse; si aliquem aut Heraclidem aut alium, praefecerat, calumnia, quae verbis Aristoxeni sine dubio inest, sensu caret. Ac ne loquitur quidem Aristoxenus de uno Platonis adversario, nedum vicario, sed aperte de compluribus peregrinis verba facit. Quae verba a multis ad Aristotelem referebantur, atque ita etiam Aristocles vel potius auctor eius [1])

---

[1]) Aristoclem non ipsum Aristoxenum inspexisse apparet, quippe qui semper compendiis uti soleret, cf. Wilam. Hom. Unt. p. 128. Wachsmuth, Sillogr. p. 34. Ceterum Aristocles sibi ipsi contradicit; nam cum de calumniatoribus Aristotelis agat et claris verbis etiam Aristoxenum eorum in numero recenseat, tamen pergit Aristoxenum nunquam de Aristotele mala verba facere.

accepit verba cum diceret: τίς δ' ἂν πεισθείη. Ad Aristotelem non vult referri Aristoxeni verba etiam Pseudo-Ammonius in vita Aristot. p. 399, 26 Westerm. aliam causam addens: οὐ γὰρ ἔτι ζῶντος τοῦ Πλάτωνος ἀντῳκοδόμησεν αὐτῷ τὸ Λυκεῖον ὁ Ἀριστοτέλης ὥς τινες ὑπολαμβάνουσι· πῶς γὰρ ἠδύνατο, μέγα τότε δυναμένων Χαβρίου τε καὶ Τιμοθέου τῶν Ἀθήνησι στρατηγῶν καὶ τῷ γένει προςηκόντων τῷ Πλάτωνι; quae causa inepta est. Statim post haec exponitur eadem res alia causa, non minus inepta, addita: πειρῶνται γάρ τινες λέγειν ὅτι ἔτι ζῶντος Πλάτωνος ἀντῳκοδόμησεν αὐτῷ τὸ Λυκεῖον ὁ Ἀριστοτέλης, ἐκ τοῦ ἐν πολλοῖς ἀντιλέγειν τῷ Πλάτωνι. πρὸς οὓς ῥητέον ὅτι οὐχ ἁπλῶς ἀντιλέγει τῷ Πλάτωνι, ἀλλὰ τοῖς μὴ νοήσασι τὰ τοῦ Πλάτωνος. Aristotelem ab Aristoxeno spectari, pro certo affirmatur in vita Marciana p. 3: οὐκ ἄρα ἀντῳκοδόμησεν Ἀριστοτέλης σχολὴν . . ὡς Ἀριστόξενος πρῶτος ἐσυκοφάντησε καὶ Ἀριστείδης ὕστερον ἠκολούθησεν, et ab Aeliano V. H. IV 9, qui rem effusius atque verbosius narrat. Videmus igitur Aristoxenum verba illa quae Aristocles [1]) tradidit, fecisse non indicato nomine: quae verba alii ad Aristotelem referebant; estne audacius conicere, alios, cum intelligerent falso illos esse interpretatos, Aristoxeni verba ad eum Platonis discipulum qui post Aristotelem maximam facile inter Academicos gloriam erat assecutus, ad Heraclidem rettulisse? Cum vero Aristoxenum maledicentiae valde indulgere haud ignorarent, quaerebant quid veri illis verbis subesset, et finxerunt praefecturam Heraclidis, cuius nuntium servavit Suidas. Sic puto hunc esse natum. — Alia est quaestio quomodo nos verba Aristoxeni interpretemur. Si mihi in re tam ardua sententiam proferre licet, Aristoxenum censeo his verbis malignis ad Academiam Atheniensibus orbam allusisse (ob id ξένους ὄντας magna vi in fine enuntiati positum est); nam cum Plato et Speusippus cum comitibus abessent in Sicilia, multo maxima Academicorum pars iique excellentissimi fuerunt externi, ut Academia longe dissimilem verae Platonis scholae speciem praebere et quasi alia, contra Platonem aedificata, facta esse videretur. — Heraclides utrum Athenis manserit an Platonem sit comitatus, diiudicari nequit; omnino eum in Sicilia fuisse ex eo valde fit verisimile, quod, ut infra videbimus, dialogorum quorundam excellentissimorum scena fuit Sicilia. In Peloponneso eum esse versatum vides ex frgm. 84 extr.: ἴδοις δ' ἂν καὶ τῆς Πελοποννήσου πανταχοῦ, μάλιστα δ' ἐν Λακεδαίμονι χώματα μεγάλα, ἃ καλοῦσι τάφους τῶν μετὰ Πέλοπος Φρυγῶν. De itinere quod Heraclides Platonis rogatu Colophonem fecerat ut Antimachi carmina colligeret, ipse rettulit test. 17.

Redeamus ad Sotionem. Recte in eius verbis illi πρῶτον μὲν respondet καὶ ὕστερον; sed verba ἀλλὰ καὶ τῶν Πυθαγορείων διήκουσε graves

[1]) quamquam non sana Aristoxeni verba esse possunt. nam verbis ἐν τῇ πλάνῃ καὶ τῇ ἀποδημίᾳ addendum est ὄντι, ne ad ξένους referantur.

excitant dubitationes. Nam ne dicam Heraclidem Athenis — antepositum illud Ἀθήνησιν ad omnia membra referendum est — Pythagoreos audire non potuisse cum his temporibus e Graecia plane evanuisse videantur (cf. Zeller 1 p. 310), quid sibi vult illud ἀλλὰ καί? Non inest enuntiato contradictio, cui tam forti particula opus sit. Postea est additum a Diogene qui hunc nuntium nescio unde sumpsit textuique male infersit. De talibus additamentis apud Diogenem egit Usener Epic. p. XXII sqq. Finxit hanc Heraclidis per Pythagoreos eruditionem quispiam qui ex scriptis Heraclidis sciebat magni momenti ad philosophiam eius Pythagoreorum doctrinam fuisse memineratque non solum inter scripta Heraclidis illud περὶ τῶν Πυθαγορείων exstare, sed — quod multo gravius — in quibusdam dialogis iisque celeberrimis Pythagoram ipsum vel discipulorum amicorumque aliquos loquentes induci sive de caeli astrorumque natura sive de Plutonis et Proserpinae regno. Additamentum illud est delendum. Heraclides ut Pythagoreorum scripta et doctrinam optime novit, ita tamen disciplina eorum usus non est. — De Heraclide Pythagorico in Joseppi Hypomnestico commemorato cf. Usener Rh. M. 28 p. 430—32.

Videmus igitur Heraclidem Athenis primum ad Speusippum se applicantem. Per hunc particeps factus est scholae Platonis, cuius inter discipulos mox graviorem locum sibi comparavit et quo diu familiarissime usus esse videtur. Quod bene elucet ex iis quae legimus Procli loco valde memorabili (t. 17) ubi Heraclides narrat se a Platone Colophonem missum esse, ut Antimachi carmina colligeret cf. Wilam. Phil. Unterss. IV p. 284 sq. Si aliud nihil de Heraclide Platonis discipulo traderetur, hoc plane nobis sufficeret ut artissimo amoris vinculo hos viros fuisse coniunctos statueremus. Sed et scriptorum eius fragmenta, quantulacunque aetatem tulerunt iniquam, et testium haud vilium turba idem docet, inter quos Cicero, qui non solum Heraclidem multum legit et optime novit sed etiam exemplum in dialogis conscribendis hunc philosophum ad imitandum sibi proposuit. Tamen negari non potest aliam apud veteres exstitisse de Heraclide opinionem, quam qui sequebantur inter peripateticos eum recensuerunt. Nam non probo quod Wilamowitzio (Phil. Unt. IV p. 329 A. 14) placere videtur, vitam Laertianam casu quodam, quod Diogenes duos fontes confudisset, inter peripateticas devenisse: puto hoc loco re vera traditionem exhiberi, quae Heraclidem peripateticum iudicabat. Eadem nobis occurit apud Plutarchum (t. 15. 16).[1]) Quam in sententiam nunquam viri docti quidam apud veteres incidere

---

[1]) At Procli locus (t. 14) certissime confirmat Platonis discipulum fuisse Heraclidem: qui a doctrina Platonis magistri unice vera tantopere aberrasset, ut Platonicus iam non appellari posset.

potuissent, nisi fuisset in Heraclidis scriptis nonnullis aliquid quod Aristotelis magis quam Platonis doctrinam oleret. Et quomodo non Aristoteles per tantum temporis spatium quo simul ut ita dicam ad pedes magistri sedebant, permultum apud condiscipulum paulo ut videtur iuniorem valuerit? Sed posterioribus vitae temporibus Heraclidem a Platonis schola defecisse, Heraclea iterum Athenas profectum in Lyceo Aristotelis Peripateticorumque doctrinae incubuisse plane mihi incredibile est. Adstipulor igitur Schradero (Philol. 44 p. 243) aliisque viris doctis (ibi allatis) qui hunc Sotionis nuntium ad scholas referunt quas Aristotelem Platone vivo docuisse et per se apparet (cf. Wilam. Ar. u. Ath. I p. 341) et Strabonis testimonio XIII 610 confirmatur, ubi de Hermia Atarnitarum tyranno legimus: γενόμενος δ' Ἀθήνησιν ἠκροάσατο καὶ Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους, quod solum Platone vivo fieri poterat. Testimonium est Heraclidis gravitatis ingeniique praestantiae quod non simpliciter et ubique magistri in verba iurabat sed liberam sibi ac propriam in philosophia viam munire studuit.

Praeter Platonem Athenis Heraclidem Isocratis disciplinae operam dedisse, ut dedit Aristotelis (Wilam. Ar. u. Ath. I p. 318), quamquam veri simile est, tamen certis argumentis non possum probare. Nam etsi Heraclides, quod ex paucis librorum ethicorum fragmentis ab Athenaeo servatis, quae ipsa Heraclidis verba integra continere puto, concludere licet, in dialogis ethicis hiatum vitasse videtur, in ceteris omnibus tam plane negligitur hiatus, ut ex hac parte Isocrateum non agnoscas. Magis fulciretur illa opinio, si iure Trendelenburgius Antiphanis comici verba (t. 21) ad nostrum philosophum rettulisse putandus esset (cf. Schrader p. 251 sqq.). Atque inter commentatores quidem Ephesii obscuri qui dicebatur philosophi Heraclidem fuisse satis constat (DL V 88. IX 15); sed verba

ὁ τὴν Θεοδέκτου μόνος ἀνευρηκὼς τέχνην

cum intellectu difficillima, obscuritate involvantur, quid sit Theodectae arti cum philosopho nostro, plane ignoratur; ultimus denique versus

ὁ τὰ κεφάλαια συγγράφων Εὐριπίδῃ

certe falso ad Heraclidem revocatur; nam Heraclidis scriptum περὶ τῶν παρ' Εὐριπίδῃ καὶ Σοφοκλεῖ, quod cum eo comparatur, erat mea quidem sententia, quippe cum inter scripta musici argumenti principem locum teneat (DL V 87), de canticis in Sophoclis Euripidisque tragoediis; huius rei nihil versui illi, qui quidem tradatur, inesse videtur. Nec significationem βακήλου tam bene ad Heraclidem quadrare arbitrari possum, quam Wilamowitzio placere videtur (Phil. Unt. IV 197 A. 18) qui Democharis (Athen. 509 a) verbis διὰ γοητείαν εἰσὶ περίβλεπτοι maxime Heraclidem illudi suspicatur. — Quamquam etiam Heraclidem a comicis

Atticis esse descriptum, veri simile est; ad comicorum iocos refero etiam quod DL (t. 3) tradit Atticos Heraclidem non Ponticum sed Pompicum nominasse, et Heraclidem ὑπέρογκον τὸ σῶμα fuisse, qua significatione nescio an illudatur Heraclides ἀνάρμους ὄγκους τὰς ἀρχὰς ὑποτιθεὶς τῶν ὅλων (Galen. XIX 244). Aut haec sunt ficta ab Hermippis Satyris aliis; nam de facie cultuque Heraclidis posterioris temporis scriptores certi quicquam scire non poterant. — De uxore Heraclidis nihil est notum; filius, avi nomine Euthyphro appellatus, in scriptorum numero commemoratur (t. 23).

Anno 347 mortuus est Plato. In principatu scholae successit ei Speusippus. Aristoteles et Xenocrates magistro defuncto Athenis ad Hermiam Atarnitarum tyrannum se contulerunt. Nescimus an etiam Heraclidi Athenas relinquere in mentem venerit; domum redire non poterat, nam Heracleam hoc tempore tenuit Clearchi a. 352 a Chione et Leonida interfecti — Demetrius Magnes apud DL V 89 (t. 20) nostrum cum Heraclide Aenio commutat cf. Zeller II 1[4] p. 420 A 1 — frater Satyrus saevitia et crudelitate illum etiam superans (Memno cap. 3). Itaque Athenis mansit litteris deditus, cum principatum tenuit Speusippus, usque ad eius mortem a. 338. Speusippus moriens Xenocratem successorem destinaverat (DL IV 3); tamen suffragiis latis, Heraclides et Menedemus Pyrrhaeus παρ' ὀλίγας ψήφους superabantur (Ind. Herc. VII 1). Heraclides quem nihil iam Athenis retinebat, domum rediit. Et potuit redire. Nam Satyrus morbo foedissimo afflictus diem obiit supremum a. 345, post quem imperium adeptus est Timotheus Clearchi filius, patri plane dissimilis. De hoc legimus apud Memnonem l. l.: οὕτω τὴν ἀρχὴν ἐπὶ τὸ πραότερον καὶ δημοκρατικώτερον μετερρύθμιζεν, ὡς μηκέτι τύραννον ἀλλ' εὐεργέτην αὐτόν, οἷς ἔπραττε, καὶ σωτῆρα ὀνομάζεσθαι. Huic successit a. 338 frater Dionysius, qui iam cum Timotheo imperium tenuerat, eodemque animo leni et facili in Heracleotas erat ac frater.

Verba indicis Herc. VII 9 ἕτερον περίπατον καὶ διατριβὴν κατεστήσατο Buechelerus ad Heraclidem rettulit eumque quoad vidi omnes secuti sunt viri docti (Schrader l. l. p. 243. Zeller II 1[4] p. 989 A. 3). Quaeramus igitur num recte vir doctus locum interpretatus sit planumque fecerit Heraclidem in patria ἕτερον περίπατον constituisse. Ac primum quidem verbum περίπατος de alia quam peripateticorum schola usurpatum nihil habet offensionis. Nam de Academia sic verba fecit Epicurus apud Eus. praep. ev. XV 2, 1 et Athen. VIII 354 b, Aristoxenus apud Eus. l. l., index Herc. VI 4 ab imo. Sed eam rationem qua Buechelerus lacunam explere voluit, stare non posse neminem latebit. Addit enim κἀκεῖ αὐτὸς vel tale quid, ut sit enuntiatum ὁ μὲν οὖν Ἡρ. ἀπῆρεν εἰς τὸν Πόντον κἀκεῖ αὐτὸς ἕτερον περίπατον καὶ διατριβὴν κατεστήσατο· οἱ δ' Ἀκαδημεϊκοὶ κτλ., ubi ἐκεῖ plane supervacaneum, αὐτὸς prorsus falsum

est. Nam significare potest solum ‚ipse', ut Heraclides non per alios sed ipse Heracleae scholam instituisse dicatur, quod alienum est a nostro loco. Et estne re vera recta haec oppositio: ὁ μὲν Ἡρ. ἀπῆρεν εἰς τὸν Πόντον καὶ ἕτερον περίπατον κατεστήσατο, οἱ δ' Ἀκαδημεϊκοὶ φαίνονται προκρῖναι τὸν Ξενοκράτην ἀγασθέντες αὐτοῦ τὴν σωφροσύνην? Non opponitur: Heraclides abscessit in Pontum, sed Academici praetulerunt Xenocratem, immo opponitur: Aristoteles, Menedemus, Heraclides non creabantur, sed praetulerunt Academici Xenocratem. Ergo verbis ὁ μὲν οὖν Ἡρ. respondere non possunt οἱ δ' Ἀκαδημεϊκοί, sed aliud nomen desideramus Heraclidi oppositum. Accedit quod nec de schola nec de discipulis philosophiae doctrina ab Heraclide imbutis quicquam scimus, si excipis unum Dionysium postea Metathemenum dictum, de quo statim uberius verba faciam. Dubium non esse videtur quin supplendum sit: ὁ δ' Ἀριστοτέλης, quod bene quadrat in spatium lacunae.[1]) Nonne desideramus postquam Aristoteles VI 3 inter Platonis discipulos nominatus est, etiam constitutionem scholae in Lyceo commemorari? Iuxta Heraclidem debebat nominari Aristoteles. Nec nos offendet quod Aristoteles tribus demum annis post Speusippi mortem scholam in Lyceo condidit; id solum spectat auctor indicis ut quid egerint Aristoteles et Heraclides Xenocrate creato, planum faciat.

Heraclidem Platonis divini discipulum, doctum virum et in litteris et philosophia inter primos excellentem, in patriam reversum civium oculos magnopere in se convertisse consentaneum est. Nec minus apparet Heraclidem mox coetum iuvenum circum se collegisse quibus ex uberrimo scientiae thesauro multum impertire poterat. Sed non de summo bono, de caeli astrorumque natura, de terrae motu, de rerum principiis agebatur in his circulis: ‚Herakleides, ut ait rectissime Wilamowitzius Ar. u. Ath. I p. 333, so glänzend begabt und so vielseitig interessiert er war, kam von der Philosophie immer weiter ab; vielleicht selbst von der ernsten Wissenschaft, denn der wahre Entdecker des heliocentrischen Systems ist zugleich der Verfasser wundersüchtiger Romane.' Quales res tractaverint adolescentes illi sene Heraclide studiorum moderatore, etsi Diogenes La. de his rebus fabulosiora quaedam referre videtur, tamen bene perspicere possumus. Aristoxenus tradidit Heraclidem tragoedias Thespidis nomini suppositas composuisse: quod postremo vitae tempore, dum Heracleae vixit, factum esse facile tibi persuadebis comparata illa de Dionysio Metathemeno historiola DL V 92: ἔτι καὶ Διονύσιος ὁ Μεταθέμενος, ἢ Σπίνθαρος ὥς ἔνιοι, γράψας τὸν Παρθενοπαῖον ἐπέγραψε Σοφοκλέους. ὁ δὲ (scil. Ἡρακλείδης) πιστεύσας, εἴς τι τῶν ἰδίων συγγραμμάτων ἐχρῆτο μαρτυρίοις ὡς Σοφοκλέους. αἰσθόμενος δὲ ὁ Διονύσιος ἐμήνυσεν αὐτῷ τὸ γεγονός· τοῦ δ' ἀρνουμένου καὶ ἀπιστοῦντος ἐπέστειλεν

---

[1]) in papyro ante ἕτερον literae oC exstare videntur.

ἰδεῖν τὴν παραστιχίδα· καὶ εἶχε Πάγκαλος. οὗτος δ' ἦν ἐρώμενος Διονυσίου· ὡς δ' ἔτι ἀπιστῶν ἔλεγε κατὰ τύχην ἐνδέχεσθαι οὕτως ἔχειν, πάλιν ἀπέστειλεν ὁ Διονύσιος ὅτι· καὶ ταῦτα εὑρήσεις·

γέρων πίθηκος οὐχ ἁλίσκεται πάγῃ;
ἁλίσκεται μὲν μετὰ χρόνον δ' ἁλίσκεται,

καὶ πρὸς τούτοις·

ὁ δ' Ἡρηκλείδης γράμματ' οὐκ ἐπίσταται.

ὃ δ' ᾐσχύνθη.

5 μὲν deest in ras. B δ'| θ' P 6 καὶ πρὸς τούτοις in ras. P^1 vel P^2 6 versum restitui ὁ δ' deest in codd. γράμματα codd. 7 οὐ δ' ᾐσχύνθη codd.: corr. Nauck Fr. Trag. Gr. p. 840. (interpunctionem post πάγῃ restitui: πάγῃ· editiones.)

Talibus studiis incubuisse Dionysium docet etiam DL VII 167: καὶ κατ' ἀρχὰς μὲν φιλογράμματος ὢν παντοδαποῖς ἐπεχείρησε ποιήμασιν, ἔπειτα δὲ καὶ Ἄρατον ἀπεδέχετο, ζηλῶν αὐτόν. Dionysius solus ex auditoribus Heraclidis discipulus eius nominatur (t. 24); tamen alios quosdam eruere possumus. Ac primum quidem filium (t. 23), quem unus Diogenes (ex Sosicrate?) scriptorem affert, a patre litteris imbutum esse iure suspicabimur. Deinde Spintharum (DL V 92) commemorare licet. De hoc aliter iudicat Susemihlius Rh. M. 49 p. 475. Putat fabellam illam quam Dionysius in aliquo scripto narrasset, a quibusdam (ὡς ἔνιοι) ad Spintharum Heracleotam poetam tragicum, quem Aristophanes Av. 762 sq. illudit, esse relatam et hunc Parthenopaeum tragoediam, sed suo, non Sophoclis nomine inscriptam, composuisse. Nescio cur vir doctus rem per se simplicem tantis difficultatibus circumvolvat. Nam si censemus, Spintharum nostrum non illum quinti saeculi tragicum sed e posteris eius unum fuisse, et auctores qui historiolam illam narrabant, de nomine non plane consensisse, nihil restat difficultatis. — Fortasse in duobus librorum titulis, quos affert catalogus Diogenianus (V 87), latent nomina Heraclidis discipulorum: πρὸς τὸ Ζήνωνος, πρὸς τὸ Μήτρωνος. Etiamsi fieri potuit ut Heraclides contra Eleatam Zenonem — nam de hoc solo cogitari potest — librum argumenti physici scriberet, tamen hoc et per se et quod iuxta Zenonem Metro, philosophus plane nobis ignotus, nominatur, veri dissimillimum est. Nostram si probas coniecturam, Heraclides senex cum Zenone et Metrone Heracleotis similibus rixis in rebus physicis contendisse putandus est atque cum Dionysio in poeticis. Denique in Heraclidis discipulorum numero recensendus est Chamaeleo qui dicitur peripateticus. Ungerum qui vanis causis fultus (l. l. p. 497) Chamaeleontem et cum hoc Heraclidem libri περὶ Ἡσιόδου καὶ Ὁμήρου, vel ut exhibet catalogus περὶ τῆς Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου ἡλικίας auctorem posteriori tempori adscripsit, Schraderus refellit (l. l. p. 245 sqq.). DL V 92 tradit: Χαμαιλέων τε τὰ παρ' ἑαυτῷ φησι κλέψαντα αὐτὸν τὰ περὶ Ἡσιόδου καὶ Ὁμήρου γράψαι. Videmus hic simile ut

supra ludibrium: ut Dionysius vel Spintharus Heraclidem ne Sophoclis quidem tragoedias satis novisse et a se deceptum esse coarguerunt, sic Chamaeleo magistrum incusavit sibi furatum esse quae de aetate Homeri et Hesiodi scripsisset. Quo iure Chamaeleo hoc crimen Heraclidi insinuaverit, non possumus decernere quamquam nemo qui Heraclidis copias ac scientiam novit, temere Chamaeleonti fidem habebit; sed bene accidit ut nos quoque consensum quendam inter Heraclidem et Chamaeleontem demonstrare possimus:

Heraclides apud Plut. Per. 27.	Chamaeleo apud Athen. 533 e.
τοῦτο μὲν οὖν (sc. Ephori dictum) Ἡρακλείδης ὁ Π. ἐλέγχει τοῖς Ἀνακρέοντος ποιήμασιν, ἐν οἷς ὁ περιφόρητος Ἀρτέμων ὀνομάζεται πολλαῖς ἔμπροσθεν ἡλικίαις τοῦ περὶ Σάμον πολέμου καὶ τῶν πραγμάτων ἐκείνων·	Χαμαιλέων δ' ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ περὶ Ἀνακρέοντος προθεὶς τὸ ,ξανθῇ δ' Εὐρυπύλῃ μέλει ὁ περιφόρητος Ἀρτέμων' τὴν προσηγορίαν ταύτην λαβεῖν τὸν Ἀρτέμωνα
τὸν δ' Ἀρτέμωνά φησι τρυφερόν τινα τῷ βίῳ καὶ πρὸς τοὺς φόβους μαλακὸν ὄντα καὶ καταπλῆγα τὰ πολλὰ μὲν οἴκοι καθίζεσθαι, χαλκῆν ἀσπίδα τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ δυοῖν οἰκετῶν ὑπερεχόντων, ὥστε μηδὲν ἐμπεσεῖν τῶν ἄνωθεν, εἰ δὲ βιασθείη προελθεῖν,	διὰ τὸ τρυφερῶς βιοῦντα
ἐν κλινιδίῳ κρεμαστῷ παρὰ τὴν γῆν αὐτὴν περιφερόμενον κομίζεσθαι κτλ. cf. frgm. 94.	περιφέρεσθαι ἐπὶ κλίνης.

Dolendum est de Chamaeleontis aetate nihil praeter Diogenis locum tradi; recurramus igitur ad Dionysium Metathemenum, perscrutaturi num certiorem praebeat ansam ad definiendum Heraclidis vitae tempus. Sed cum etiam huius pilosophi aetas non certis finibus circumscribi possit, paulum ex eo proficiemus. E Cic. Tusc. disp. II 25, 60 concludere licet Dionysium post Zenonis demum mortem i. e. post a. 264, cum Cleanthes stoicorum scholae praeerat, defecisse ad Cyrenaicos; tum iam provecta aetate eum fuisse docemur ab Athenaeo VII 281 e (γηραιὸς ἀποστάς); octoginta annos natum eum diem obiisse tradit DL VII 167. Etiam Arati condiscipulum eum fuisse traditur a DL l. l., vita Arat. p. 56, 6 Westerm. (aliter 54, 56; 60, 4); sed cum de Arati aetate ipsa quoque certi fere nihil sciamus, ex hoc nuntio nihil lucramur. Cum vero Zeno Citiensis per longum temporis spatium Dionysii magister in philosophia fuerit, haud errabimus rati Dionysium fuisse iuniorem Zenone qui, ut videtur, 336/35 natus est cf. Susemihl Al. L. G. I p. 48. Itaque si licet ex paucis his de vita Dionysii frustulis rationem facere, statuere possumus

Dionysium post a. 335 natum esse, Heraclidem, igitur minimum usque ad a. 310 vixisse, certe a. 315 nondum esse defunctum (γέρων nominatur DL V 93).

Complectamur breviter quid certi de Heraclidis vita eruere nobis contigerit:

natus est paulo post annum	388
Athenas venit ante annum	364
ut videtur	367
Athenas reliquit	338
etiam vixit	315.

II.

De Heraclidis scriptis.

In vita Diogeniana longe gravissimi sunt momenti quae de Heraclidis scriptis rationeque scribendi comperimus. Φέρεται δ' αὐτοῦ συγγράμματα κάλλιστά τε καὶ ἄριστα διάλογοι ὧν ἠθικὰ μὲν κτλ.: sequitur catalogus ille curis virorum doctorum vexatissimus. Haec Diogenis verba alii alium in modum interpretati sunt. Unger (Rh. M. 38 p. 491) putat διάλογοι parenthetice additum esse, ut explicetur quae sint illa συγγράμματα κάλλιστά τε καὶ ἄριστα qualiaque, ductusque hac sententia catalogum primigenum solos dialogos continuisse sibi persuadet eumque restituere conatur. Contra R. Hirzel (Der Dialog I p. 322, 1) διάλογοι, quod a totius enuntiati structura plane alienum sit, e textu eiciendum esse censet, id quod magis etiam probetur nobis animadvertentibus verba τούτων τὰ μὲν κωμικῶς πέπλακεν κτλ. arte cum nostris esse coniuncta. Dialogos, quo in genere excellentissimus facile Platonis discipulus Heraclides summam sibi laudam et admirationem comparavit, non commemorari, etiamsi desideramus, — διάλογοι glossemate limato tamen συγγράμματα illa imprimis Heraclidis dialogi intelligendi sunt --, ferri potest; non ferri potest tautologia illa κάλλιστά τε καὶ ἄριστα, ne apud Laertium quidem tolerabilis. Viam munire ad genuinam lectionem mihi videtur quod tradit codex Burbonicus (ceteri omnes lectionem editionum praebere videntur): κάλλιστά τε καὶ τά τε ἄριστα. Si quis memoria tenet saepe apud Diogenem Laertium initio catalogorum, ut librorum Aristotelis, Speusippi, Xenocratis, Theophrasti, Demetrii Phalerei, de multitudine librorum verba fieri, non audaciorem me iudicabit verba tradita sic restituentem: Φέρεται δ' αὐτοῦ συγγράμματα κάλλιστά τε καὶ ⟨πλεῖστα·⟩ τά τε ἄριστα διάλογοι.[1]) Pro τε rectius legeretur τὰ δὲ ἄριστα; sed apud Diogenem illud τε nihil habet offensionis quippe qui haud raro τε scribat ubi δὲ exspectamus, sicut in Heraclidis vita 86: πρᾶός τ' ἦν (etsi hoc loco forte τε — καὶ intelligendum est), 92: Χαμαιλέων τε. Lectione nostra probata difficultas illa e medio sublata est quam moverunt viri docti,

[1]) cf. Suid. s. v. Ἡρακλ.: ἔγραψε πολλά.

soline in catalogo Laertiano dialogi Heraclidis enumerentur, vel usque ad quam partem catalogi significatio διάλογοι vim habeat. Nam aperte dicitur Heraclidem et dialogos et alia scripta composuisse, nihilque veri simile inest opinioni eorum qui putant catalogum dialogos solos continere. Sed rectissime ut mihi videtur Hirzel l. l. statuit totum catalogum a Diogene postea additum esse: non solum quod verba catalogum sequentia τούτων τὰ μὲν κωμικῶς κτλ., quae solum in dialogos, non in omnia scripta antea enumerata quadrare nemo non videt, aptissime cum verbis initio catalogi positis coniunguntur, sed ob id potissimum quod posteriore loco dialogi commemorantur quos catalogus non continet: περὶ ἡδονῆς, περὶ ἐξουσίας. Ex quo sequitur auctorem catalogi alium esse atque eum ex quo fluxerunt illa de dialogorum genere atque indole stiloque dicta. Sunt igitur haec: Φέρεται δ' αὐτοῦ συγγράμματα κάλλιστά τε καὶ πλεῖστα· τὰ δὲ (τά τε) ἄριστα διάλογοι. τούτων τὰ μὲν κωμικῶς πέπλακεν ὡς τὸ περὶ ἡδονῆς καὶ τὸ (τὸ deest in codd.) περὶ σωφροσύνης· τὰ δὲ τραγικῶς ὡς τὸ περὶ τῶν καθ' ᾅδην καὶ τὸ περὶ εὐσεβείας καὶ τὸ περὶ ἐξουσίας· ἔστι δ' αὐτῷ καὶ μεσότης τις ὁμιλητικὴ φιλοσόφων τε καὶ στρατηγικῶν καὶ πολιτικῶν ἀνδρῶν πρὸς ἀλλήλους διαλεγομένων. ἄλλως τε καὶ ἐν ἅπασι ποικίλος τε καὶ διηρμένος (Cobet: διῃρημένος codd.) τὴν λέξιν ἐστὶ καὶ ψυχαγωγεῖν ἱκανῶς δυνάμενος. Huic orationi optime congruenti Diogenes infersit catalogum illum, qua in re seu Diogenis seu librariorum socordia factum est ut verba ἀλλὰ καὶ γεωμετρικά ἐστιν αὐτοῦ καὶ διαλεκτικὰ in locum plane alienum deferrentur, nisi mavis conicere — et favet coniecturae illud ἀλλὰ καὶ — haec verba a Diogene nescio ex quo fonte addita esse.

Distinguuntur tria dialogorum genera: comice ficti, tragice ficti, tertium genus, quod illo καὶ ante μεσότης planum fit, medii, in quibus viri in philosophia, in bello gerendo, re publica administranda praestantes ὁμιλητικῶς (i. e. im echten Konversationston) colloquebantur. De tertii generis indole certiores fimus a Cicerone ad Q. fratrem III 5 Oct./Nov. a. 54 sic scribente: „Quod quaeris quid de illis libris (scil. de re publica) egerim, quos cum essem in Cumano, scribere institui, non cessavi neque cesso, sed saepe iam scribendi totum consilium rationemque mutavi; nam iam duobus factis libris, in quibus novendialibus iis feriis quae fuerunt Tuditano et Aquilio consulibus, sermo est a me institutus Africani paullo ante mortem et Laelii, Phili, Manilii, [1]) Q Tuberonis et Laelii generorum, Fannii et Scaevolae, sermo autem in novem et dies et libros distributus de optimo statu civitatis et de optimo cive — sane texebatur opus luculente hominumque

[1]) additur apud Wesenb. P. Rutilii. Sed hic, in iis certe quae nos tenemus fragmentis, nusquam loquitur, sed inducitur (I 8, 13; 11, 17) ob id unum ut relatoris munere fungatur. Itaque non in interlocutorum numero nominatur loco nostro. Quamquam his interest ad Att. IV 16, 2.

dignitas aliquantum orationi ponderis afferebat —, ii libri cum in Tusculano mihi legerentur audiente Sallustio, admonitus sum ab illo multo maiore auctoritate illis de rebus dici posse, si ipse loquerer de re publica, praesertim cum essem non Heraclides Ponticus, sed consularis et is qui in maximis versatus in re publica rebus essem; quae tam antiquis hominibus attribuerem, ea visum iri ficta esse; oratorum sermonem in illis nostris libris qui essent de ratione dicendi, belle a me removisse, ad eos tamen rettulisse quos ipse vidissem; Aristotelem denique quae de re publica et praestanti viro scribat, ipsum loqui. Commovit me, et eo magis quod e. q. s." Ad postremum tamen Cicero amici consilio morem non gessit; sed inde quod Sallustius Tullium monuit, eum non esse Heraclidem Ponticum, elucet Ciceronem in dialogo de re publica componendo morem Heraclidis, antiquiores potissimum sua aetate homines inducentis in sermonem, esse secutum. Quod etiam luculentius testatur Cicero ad Att. XIII 19 (m. Iul. a. 45): „— — eos (scil. dialogos Academicos) confeci et absolvi nescio quam bene, sed ita accurate ut nihil possit supra, Academicam omnem quaestionem libris quatuor. In eis quae erant contra ἀκαταληψίαν praeclare collecta ab Antiocho, Varroni dedi; ad ea ipse respondeo; tu es tertius in sermone nostro. Si Cottam et Varronem fecissem inter se disputantes, ut a te proximis litteris admoneor, meum κωφὸν πρόσωπον esset: hoc in antiquis personis suaviter fit, ut et Heraclides in multis et nos in VI de re publica fecimus. Sunt etiam de oratore nostri tres mihi vehementer probati; in eis quoque eae personae sunt ut mihi tacendum fuerit, Crassus enim loquitur [1]), Antonius, Catulus senex, C. Iulius, frater Catuli, Cotta, Sulpicius; puero me hic sermo inducitur ut nullae essent partes meae. Quae autem his temporibus scripsi, Ἀριστοτέλειον morem habent, in quo sermo ita inducitur ceterorum, ut penes ipsum sit principatus". Diserte Cicero dialogos de re publica et de oratore ab omnibus quos postea scripsit secernit. Sed putabimusne Ciceronem in eo solum Heraclidem secutum esse quod antiquos homines colloquentes fecit? Huius rei excellentissimum prostabat ei exemplum in omnibus Platonis dialogis; huius rei levioris causa non ad Heraclidem recurrere opus erat. Atque dialogus de oratore quidem in utroque epistularum loco non ita plane eodem quo de re publica dialogus modo confectus significatur: sapiebant longae Crassi et Antonii orationes aliquantum morem Aristotelium, cf. ad Fam. I 9, 23 (m. Oct. a. 54): „scripsi igitur Aristotelio more, quemadmodum quidem volui, tres libros in disputatione ac dialogo de oratore"; quamquam ex verbis ‚quemadmodum quidem volui' satis elucet praeter Aristotelem

[1]) additur apud Wesenb. Scaevola, quod om. MRI. Cicero solum posterioris diei interlocutores refert.

in scribendo hoc dialogo exemplum Heraclidis permultum valuisse, cf. Hirzel, Dial. I p. 490. At in dialogo de re publica componendo — de argumento nihil dico — summum ac potissimum sibi ducem sumpsit Heraclidem Ponticum, cuius dialogos optime noverat (,in multis') et admirabatur (,suaviter fit'). Qua in re nolo negare, quandam etiam cum Platonis dialogis huic operi intercedere cognationem (Hirzel, Dial. I p. 463), sed id recte statuere mihi videor: tenemus in Ciceronis libris de re publica exemplum atque effigiem dialogi Heraclidei. Dolemus quod huius vel suavissimi Tullianae Musae operis panni solum aetatem tulerunt; tamen ex his qualibuscunque nonnullum fructum ad indolem Heraclidis dialogorum cognoscendam capiemus. Ac primum quidem quod ad numerum personarum attinet, neminem fugere potest, et de re publica et de oratore dialogos a Ciceronis ceteris valde differre. Nam cum in his pauci — semper fere tres — verba faciant, in illis viri illustres bello, pace potentes, oratores, augures, historici, iurisconsulti, philosophiae studio dediti omnes, colloquuntur. In dialogo de re publica colloquium non in unius continua oratione tamquam emoritur, sed, semper vivax et alacre, belle variatur, ut ex hac Ciceronis imitatione Heraclidem magni magistri vestigia optime esse secutum videamus. Deinde apud Ciceronem, antequam de re publica sermo instituitur, multa diuque de duobus solibus quaestionibusque astronomicis verba fiunt: huc refero nuntium de Heraclidis prooemiis ab ipso argumento alienis traditum apud Proclum in Plat. Parmen. p. 659 Cousin: τὸ δὲ παντελῶς ἀλλότρια τὰ προοίμια τῶν ἑπομένων εἶναι, καθάπερ τὰ τῶν Ἡρακλείδου τοῦ Ποντικοῦ καὶ Θεοφράστου διαλόγων, πᾶσαν ἀνιᾷ κρίσεως μετέχουσαν ἀκοήν [1]), quamquam Hirzel (Dial. I p. 342) haec ad praefationes, quales Cicero plerisque suis libris adiecit, refert, cuius sententiam eo minus sequemur quod inconstanter Aristoteli denegat prooemia p. 275, dat p. 298. 342, denegat prooemia sed dat praefationes p. 295, 2. Recte mihi iudicare videtur ultimo loco; Heraclidem dialogis praefationes adiecisse et per se valde est veri dissimile nec Ciceronis more usuque demonstratur. Procli vero loco de prooemiis dialogorum contextui innexis agi apparet ex eo quod Heraclidis dialogis Platonici opponuntur sic: δεῖ γὰρ ἐπὶ τῶν Πλάτωνος διαλόγων εἰς τὰ πράγματα βλέπειν διαφερόντως τὰ ὑποκείμενα τῷ διαλόγῳ, καὶ σκοπεῖν ὅπως καὶ τὰ προοίμια ταῦτα ἐνεικονίζεται καὶ ἓν ἀποφαίνειν ζῶον ἐκ πάντων τῶν μερῶν ἑαυτῷ συμφωνοῦν, ἕκαστον ἀπειργασμένον κτλ. In prooemiis exstitisse puto quae Heraclides narraverat de Helices interitu (Strabo

[1]) quocum, mea quidem sententia, solum si de diversis Theophrasti dialogis cogitatur, congruit Basil. epist. 167 (T. III p. 187 c): οἱ τοὺς διαλόγους συγγράψαντες Ἀριστοτέλης τε καὶ Θεόφραστος εὐθὺς αὐτῶν ἥψαντο τῶν πραγμάτων, quae verba ad prooemia pertinere ostendit Hirzel, Dial. I p. 275, 2.

VIII 385), de Romae per Gallos expugnatione (Plut. Camill. 22), de suo in Colophonem itinere Platonis iussu facto (Procl. ad Plat. Tim. 28 C). Heraclidis exemplum redolere eiusque rationem scribendi optime illustrare mihi videtur liber tertius Ciceronis. In quo cum de iustitia ageretur, exstitit Philus „egitque sedulo pro iniustitia contra iustitiam, ut hanc esse utilem rei publicae, illam vero inutilem veri similibus rationibus et exemplis velut conaretur ostendere" (Augustin. de civ. dei II 21). Eodem modo Heraclides in dialogo περὶ ἡδονῆς aliquem laudem voluptatis diserte proferentem fecerat. Operae denique pretium est finem dialogi Ciceroniani considerare. Ut initio dialogi de rebus caelestibus agitur, ita nunc, postquam de optima re publica, de iustitia, de moribus, de rectore rerum publicarum, de religione dictum est, oratio ad caelum reveritur Scipionisque somniantis anima locos videt quibus viri optime de re publica meriti vitam degunt beatam. Atque hoc loco etiam in vestigia Heraclidis doctrinae incidimus. Apud Ciceronem animae incolunt circum splendidissimo candore inter flammas elucentem, orbem scilicet lacteum (Somn. cap. 3): quam fuisse Heraclidis sententiam Iamblichus tradit apud Stob. flor. p. 378 W. Mythi qui dicuntur, in Platonis dialogis haud exiguum tenent locum maximique sunt momenti: Heraclides hunc morem magistri non solum imitatus est, sed valde amplificavit.

Plura quam ex Cicerone concludere licet, de Heraclidis dialogorum indole sciremus, si temporum aequitas scripta illa nobis conservasset quae Varro Heraclidis exemplum secutus composuerat. Talis operis Varroniani mentionem facit Cicero ter; et Cicero ipse Attici hortatu ad Ἡρακλείδειον scribendum aggressus erat. Loci sunt hi:

1. Epist. ad Att. XV 4 (a. d. X. Kal. Jun. 710):

   De oratione Bruti prorsus contendis, cum iterum tam multis verbis agis. Egone ut eam causam quam is scripsit? ego scribam non rogatus ab eo? nulla παρεγχείρησις fieri potest contumeliosior. At, inquis, Ἡρακλείδειον aliquid. Non recuso id quidem, sed et componendum argumentum est et scribendi exspectandum tempus maturius.

2. — — XV 27 (a. d. V. Non. Quinct. 710):

   Excudam aliquid Ἡρακλείδειον quod lateat in thesauris tuis.

3. — — XVI 2 (a. d. V. Id. Quinct. 710):

   Ἡρακλείδειον, si Brundisium salvi, adoriemur.

4. — — XV 13 (a. d. VIII. Kal. Nov. 710):

   Varronis διάλογον exspecto. Jam probo Ἡρακλείδειον, praesertim cum tu tantopere delectere, sed quale velis velim scire.

5. — — XVI 11 (Non. Nov. 710):

πεπλογραφίαν Varronis tibi probari non moleste fero, a quo adhuc Ἡρακλείδειον illud non abstuli. Quod me hortaris ad scribendum, amice tu quidem, sed me scito agere nihil aliud.

6. — — XVI 12 (a. d. VIII. Id. Nov. 710):

De Ἡρακλειδείῳ Varronis negotia salsa; me quidem nihil unquam sic delectavit.

Ciceronis Ἡρακλείδειον non porro commemoratur: patet nunquam esse confectum. Quid vero fuit Ἡρακλείδειον Varronis? Forma dialogica fuisse conscriptum liquet; nam quin dialogus Varronis, quem exspectat Cicero (4), idem fuerit atque quod (5) non iam abstulit Ἡρακλείδειον, quod (6) summopere eum delectavit, dubitari nequit. Ex eo quod Cicero hunc Varronis dialogum negotia salsa esse significat, Varronem in hoc opere dialogos Heraclidis κωμικῶς πεπλασμένους esse imitatum nostro iure colligemus. Plura ex Ciceronis verbis non effici mihi videntur. At Hirzelius non solum quibus in libris componendis Varro Heraclidem ad imitandum sibi proposuerit, sed etiam qua de re Cicero in Heraclideo suo praeparato agere voluerit, se eruisse sibi persuadet. Adhibita enim Ciceronis epist. ad Att. XV § 3: „Brutum omni re qua possum cupio iuvare, cuius de oratiuncula idem te quod me sentire video; sed parum intellego quid me velis scribere quasi a Bruto habita oratione, cum ille ediderit. qui tandem convenit? an sic ut in tyrannum iure optimo caesum? multa dicentur, multa scribentur a nobis, sed alio modo et tempore". putat vir doctus (Dial. I p. 549) Ciceronem nostro loco (1) haud ambigue denegare de morte Caesaris eo modo quo proposuerat Atticus, scilicet quasi a Bruto habita oratione, libellum componere, at contra polliceri se de eadem re in Heraelideo quodam acturum esse. Itaque titulum libelli ‚Caesar de tyrannorum interitu' coniectat. Sed si Cicero cuiuscumque modi librum de morte Caesaris scribere constituerat, potuitne dicere argumentum esse componendum, potuitne quinque etiam mensibus post ab Attico quaerere quale velit Heraclideum? Ut mea fert opinio, Cicero illo loco (1) omnino de Caesaris morte scribere prorsus denegat, pollicetur autem amico se — qua de re ignoratur — librum more Heraclideo compositurum esse. Quem cur in thesauris Attici latere voluerit, nescio; edere qualiscunque foret potuit, ut ediderat orationem suam Brutus. At, dixerit quispiam, dialogus ille Varronis fuit logistoricus. Non concedo; neque enim usquam Varronis logistoricos Ἡρακλείδεια — ne dialogos quidem fuisse hos constat —, neque Ἡρακλείδειον aut Varronis aut Ciceronis logistoricum significari video, quamquam Hirzelius p. 330 affirmat Ciceronem ad Att. XVI 11, 3

de logistorico Varronis loqui. Nolo nunc naturam logistoricorum perscrutari, sive Ritschelius (Opusc. III p. 403 sqq.) sive Hirzelius (Dial. I p. 330) de hac re subobscura recte disputaverunt; et ipse quidem arbitror dialogos Pseudoplatonicos Minoem et Hipparchum, Ciceronis Catonem et Laelium aptissime nobis logistoricorum indolem recinere: sed ad Heraclidem haec omnia nihil valent, hac ex parte nihil ad cognoscendam Heraclidis rationem scribendi proficimus. Id vero gravissimum est quod docemur non solum Varronem et Ciceronem et Atticum omnesque illius temporis viros litteratos Heraclidem novisse et legisse, sed philosophum nostrum a Varrone et Cicerone in toto quodam litterarum genere exemplar ad imitandum electum esse. Rursus apparet Heraclidis dialogos vel dialogorum quoddam genus habuisse aliquid proprii, quod aliorum scriptis aut omnino non aut non pariter inesset.

Multo rectius quam in logistoricis alio in opere Varronis nobis servato vestigia Heraclideae compositionis indagabimus, in libris de re rustica. Primus Hirzelius (Dial. I p. 562) Varronem in his libris componendis Heraclidis quoque exemplum esse secutum opinatus est. Non dico de argumento ipso librorum, non de partitionibus aequabilibus, de nugis in nominibus personarum positis, de infinitis etymologiis: solam dialogorum actionem consideremus. Sermo libri primi in Telluris templo habetur feriis sementivis, quo Fundilius aeditumus interlocutores advocaverat; qui dum Fundilium opperientes colloquuntur, libertus aeditumi advolat et patronum a sicario percussum cultello in urbe concidisse flens narrat (I 69, 2): colloquium praeceps interrumpitur. In altero libro — initium dialogi (II 1, 1) praecisum est — dum sacra parantur, sermocinantur viri; ubi primum liba sunt absoluta et res divina parata (II 8, 1), colloquii finis fit (II 11, 1 et 12). Maxime insignis atque notabilis tertius dialogus est; uti liceat verbis Hirzelii (Dial. I p. 561 A. 4): „Das dritte Gespräch hat zum Hintergrund die Aedilenwahl. Varro und Axius haben ihre Stimmen schon abgegeben und wollen, bis die Stimmen gezählt sind, die heisse Tageszeit im Schatten der villa publica zubringen. Hier treffen sie ausser anderen den Appius, der als Augur dort jeden Augenblick gewärtig sein muss von den Konsuln befohlen zu werden. Das begonnene Gespräch hat nun zunächst seinen ruhigen Fortgang, als plötzlich vom Wahlplatz her Geschrei ertönt und gleichzeitig um die Ursache zu melden Parra erscheint (5, 18). Dies ist der Anlass, dass zunächst Pavo aufsteht und fortgeht. Gleich darauf kommt aber auch ein Diener und meldet dem Appius im Auftrage des Konsuls, dass die Augurn verlangt würden (6, 1). Daher verlässt auch Appius die Villa, kommt indessen später wieder zurück, worauf man sich gegenseitig mitteilt, von der einen Seite was mittlerweile gesprochen

worden ist, von der anderen was auf dem Marsfeld sich zugetragen hat (12, 1). Schliesslich erscheint auch Pavo wieder: die Wahlergebnisse würden verkündet. Appius steht eiligst auf und geht fort und Merula schliesst sich ihm an mit dem Versprechen, den Rest dessen, was er zu sagen hat, später nachzubringen (17, 1). Jetzt wird auch Varro ungeduldig, lässt sich aber durch Axius festhalten und beide bleiben noch im Gespräch: da plötzlich abermaliger Lärm und Varros Kandidat betritt als gewählt und designierter Aedil die Villa, den sie nun unter Glückwünschen aufs Kapitol geleiten". Apertius quam in Ciceronis opere de re publica mutilato apud Varronem rem de qua agitur ipsam actione vivida et copiosa circumdari et compleri et si tulerit occasio perfringi videmus. Hic non est mos Platonicus [1], multo minus Aristotelius [2]: hic sermonis cum actione connexus est Heraclideus. Atque sermonem a gravi diei eventu (apud Varronem ab aedilibus creandis) proficisci, magnum numerum personarum, non ut ita dicam parachoregematicarum, sed naviter sermonem adiuvantium induci, cum in dialogis et Platonis et Aristotelis tres maxime personae ipsi disputationi interesse soleant (Hirzel p. 209, 294) — hoc quoque Heraclidi esse peculiare iam supra (p. 23 sq.) cognovimus.

Qua in re pauci erunt quibus non in mentem venerit Plutarchus. Ceteris ab omnibus Plutarchi dialogis iam extrinsecus plane differunt ‚septem sapientium convivium' et ‚de genio Socratis'. [3]) Nam cum in ceteris semper viri coetus Plutarchei sermones habeant, in his temporum longe remotorum colloquia referuntur. Vel non solum colloquia; nam in dialogo ‚de genio Socratis' valde memorabili non minoris momenti sunt quae aguntur quam quae dicuntur. Agitur autem de Thebis a. 379 per coniuratos Pelopida duce liberandis. Iam vidimus Hera-

---

[1]) De Platonis dialogorum indole audias optime disserentem Hirzelium (Dial. I p. 208): In den Eingängen seiner Dialoge pflegt Plato uns mit den Teilnehmern des Gesprächs und überhaupt den Anwesenden bekannt zu machen ... So werden wir bisweilen von ihm in eine grosse Versammlung geführt, wie in der Republik, dem Phaidon und Protagoras, dies und das wird von Verschiedenen geredet, das Meiste verhallt wirkungslos in der Luft, bis endlich Sokrates bei einer einzelnen Aeusserung Feuer fängt und von nun an dem Gespräch eine tiefere Wendung giebt. Damit verschwindet auf einmal die ganze reiche, das Auge zerstreuende und blendende Scenerie vor unseren Augen — höchstens dass noch einmal wie im Protagoras ein Intermezzo oder wie im Phaidon der Schluss des Dialogs uns daran erinnert — und unsere Aufmerksamkeit konzentriert sich auf ein einzelnes wissenschaftliches Problem und gewahrt daneben nur noch die an der Erörterung desselben thätig beteiligten Personen. Deren sind aber nur Wenige, in der Regel nicht mehr als drei ... Die übrigen entsprechen den überzähligen Schauspielern des Dramas, den παραχορηγήματα.

[2]) cf. Hirzel, Dial. I p. 275—79, 298—300.

[3]) De Gryllo post Usenerum sententiam non dicam; cum Heraclide huic nihil. Convivium genuinum, Eroticum non Plutarchi esse puto cum Hirzelio Dial. II p. 132, 234. Ceterum has quaestiones attingere nolui.

clidem Romae a. 388 a Gallis captae, Helicae a. 373, duobus annis ante pugnam ad Leuctra commissam, fluctibus obrutae in dialogis mentionem fecisse: Heraclidi consilium facinus illud egregium, quod recens iam in memoria aequalium insidebat, sui moris dialogo illustrandi facile tribuemus. Et insunt dialogo vestigia compositionis Heraclideae permulta: magnus personarum numerus, res gravissima, arta actionis cum sermone coniunctio, imprimis vero mythus ille Timarchi Chaeronensis a Simmia narratus (cap. 22). Timarchus in Trophonii oraculum descenderat ibique anima eius a corpore soluta τά τε ἄνω καὶ τὰ κάτω spectavit et vox quaedam non conspicua regiones mundi ei exposuit animarumque sedem et sortem. Idem fere in Scipionis somnio fieri videmus; idem fere ab Empedotimo in dialogo quodam Heraclidis fuisse prolatum infra (p. 58 sq.) videbimus. Sed Plutarchum non semper ad tale scribendi genus inclinasse rectissime observavit Hirzelius (Dial. II p. 152). In dialogo de quo nunc agimus, cum Simmias mythum narrare cunctetur, Theocritus vates eum adhortatur (cap. 21): ἀλλὰ δίελθε αὐτά· καὶ γὰρ εἰ μὴ λίαν ἀκριβῶς, ἀλλ᾽ ἔστιν ὅπῃ ψαύει τῆς ἀληθείας καὶ τὸ μυθῶδες. Longe aliter de hac re sentit Plutarchus de audiend. poet. 1: ὅτι δὲ τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ λεγομένων οἱ σφόδρα νέοι τοῖς μὴ δοκοῦσι φιλοσόφως μηδ᾽ ἀπὸ σπουδῆς λέγεσθαι χαίρουσι μᾶλλον καὶ παρέχουσιν ὑπηκόους ἑαυτοὺς καὶ χειροήθεις, δῆλόν ἐστιν ἡμῖν. οὐ γὰρ μόνον τὰ Αἰσώπια μυθάρια καὶ τὰς ποιητικὰς ὑποθέσεις ἀλλὰ καὶ τὸν Ἄβαριν τὸν Ἡρακλείδου καὶ τὸν Λύκωνα τὸν Ἀρίστωνος διερχόμενοι καὶ τὰ περὶ ψυχῶν δόγματα μεμιγμένα μυθολογίᾳ μεθ᾽ ἡδονῆς ἐνθουσιῶσι. Nec minus elucet hoc ex Plut. Camill. 22 (post testim. 4): οὐκ ἂν οὖν θαυμάσαιμι μυθώδη καὶ πλασματίαν ὄντα τὸν Ἡρακλείδην ἀληθεῖ λόγῳ τῷ περὶ τῆς ἁλώσεως ἐπικομπάσαι τοὺς Ὑπερβορέους καὶ τὴν μεγάλην θάλατταν scil. in dialogo περὶ ψυχῆς. Ex Plutarcho igitur Heraclidis imitatore adversarius eius et insectator factus est; simul apparet dialogum ‚de genio Socratis' ad prius scriptionis Plutarcheae tempus pertinere.[1]) Non secus de ‚convivio septem sapientium' iudicabimus. Ut in illo Plutarchus Heraclidis μεσότητα ὁμιλητικὴν φιλοσόφων τε καὶ στρατηγικῶν καὶ πολιτικῶν ἀνδρῶν πρὸς ἀλλήλους διαλεγομένων, sic in hoc dialogum Heraclidis comice fictum imitatus esse videtur. Quamquam non possum demonstrare Heraclidem primum aut omnino septem sapientes — de Periandro, Thale, Solone agitur in fragmentis — in convivio conduxisse, tamen Plutarchum eiusdem Heraclidis vestigiis, qui convivium a Pisianacte Agrigentino instructum, post quod Empedocles e vivis evanuit, depinxerat, qui Pythagoram, Abarin, Empedotimum ad Phalaridis, Hicetam Ecphantum alios ad Gelonis aulam conduxerat, qui antiquas personas Cicerone

---

[1]) Nonne etiam dialogi ‚de sera numinis vindicta' et ‚de facie in orbe lunae' mythis nostro similibus finiti?

teste suaviter colloquentes fecerat, in hoc dialogo singulari componendo institisse persuasissimum habeo. Adde quod similitudines quaedam huic cum dialogo ‚de genio Socratis' intercedunt cf. Hirz. Dial. II p. 153 A 1.

Quae cum ita sint, manifestum est nos, praeter pauca illa quae adhuc enucleare licebat, uberiorem Heraclidis et scriptoris et philosophi notitiam solum ex ipsis fragmentis quae exstant haurire posse. Revertamur igitur ad Diogenem. Catalogum librorum Heraclideorum non esse nudam enumerationem, sed a redactore quodam animum ad argumenta librorum attendente esse compositum, monstrant additamenta: κοινῶς τε περὶ ἀρετῆς, κατ' ἰδίαν περὶ ψυχῆς. [1]) Ex priore additamento valde apparet, id quod iam F. Schmidt p. 2 sq. recte statuit, antea esse nominatos titulos eorum scriptorum quae de singulis virtutibus agebant. Et re vera quae nominantur sunt haec: περὶ δικαιοσύνης, περὶ σωφροσύνης, περὶ εὐσεβείας, περὶ ἀνδρείας. Haec igitur scripta auctor catalogi in hunc modum composuit quod putabat in eis de singulis virtutibus Platonicis: φρόνησις, ἀνδρεία, σωφροσύνη, δικαιοσύνη agi. Sic etiam explicatur ibros περὶ ἡδονῆς et περὶ ἐξουσίας, quos Diogenes ex alio fonte affert, in catalogo non nominari: addidit auctor catalogi solum unum aliud: καὶ ἄλλο περὶ εὐδαιμονίας. Tum ad aliud genus scriptorum ethicorum se convertit: περὶ ἀρχῆς, περὶ νόμων, περὶ ὀνομάτων, συνθῆκαι. Tituli ‚de imperio, de legibus' indicant ad res civiles (‚illustravit omnem hunc civilem in disputando locum' Cic. de legg. III 6, 14) se convertere auctorem; quod probatur etiam titulo συνθῆκαι, sive de foederibus publicis sive de pactionibus privatis agebat liber. [2]) Abhorret ab hoc scriptorum, genere titulus περὶ ὀνομάτων. Ex hoc titulo concluserunt Deswertus p. 115 alii librum περὶ ἐτυμολογιῶν quem apud grammaticos posteriores et in lexicis afferri videmus (cf. F. Osann, Quaestion. Homer. III. Gissae 1853), nostri Heraclidis Pontici esse, multaque fragmenta grammatici argumenti ex scholiastis, etymologicis, aliunde sumpta congesserunt et Heraclidea, ex disciplina Platonis orta nobis venditaverunt, cf. Deswert p. 115, 176 sqq. [3]) Sed non intellegitur cur hic titulus non in capite grammatico positus sit ab auctore catalogi; et quamquam negari non potest discipulum Platonis, qui ipse Cratylum scripsit, de verborum significatione librum conficere potuisse, tamen

---

[1]) Etiam illud καὶ τῶν συγγενῶν τούτοις additamentum esse puto ad libros duos sequentes pertinens. Cf. frgm. 61: ὁμοίως δ' αἰτιολογεῖ πωγωνίαν ἅλω δοκίδα κίονα καὶ τὰ συγγενῆ τούτοις.

[2]) Ad ius civile hunc librum pertinuisse verisimilius duco comparato loco Aristotelis Polit. I 15: εἰσὶ δὲ πέντε τὸν ἀριθμόν (scilicet πίστεις)· νόμοι, μάρτυρες, συνθῆκαι, βάσανοι, ὅρκοι.

[3]) Librum Leop. Cohnii, de Heracl. Pont. etymologiarum scriptore antiquissimo (Breslau 1884) inspicere non licuit. cf. Schrader p. 236.

Heraclidis ingenium ad res fabulosas ac miras valde propensum, quale ex fragmentis apparet, minime tali operi favisse mihi videtur. Ut titulum esse corruptum persuasissimum habeo, ita graviter dubito an recte scribam περὶ νομισμάτων. Aristoteles, qui Polit. I 9 sqq. longius de re pecuniaria agit, dicit Eth. Nicom. V 8 p. 1133, 28: οἷον δ' ὑπάλλαγμα τῆς χρείας τὸ νόμισμα γέγονε κατὰ συνθήκην· καὶ διὰ τοῦτο τοὔνομα ἔχει νόμισμα, ὅτι οὐ φύσει ἀλλὰ νόμῳ ἐστίν, καὶ ἐφ' ἡμῖν μεταβαλεῖν καὶ ποιῆσαι ἄχρηστον. Ex fragmentis ostendi potest, libros περὶ νόμων et περὶ ἀρχῆς Aristotelis doctrinam sapere; concedes fieri potuisse ut Heraclides Aristotelis rationem et doctrinam secutus de nummis, quomodo essent inventi, quot genera exstarent, quantam vim ad vitam humanam haberent, librum conscriberet. Accedit quod fragmentum servatur (fr. 22) quod ex hoc libro depromptum esse videtur.

Tertium genus ethicorum scriptorum significatur verbis catalogi: ἀκούσιος ἐρωτικὸς καὶ Κλεινίας α'. Haec est vulgaris scriptura; Cobetus addit α' post ἀκούσιος, nescio coniectura an libris fultus. Librum ἐρωτικός (i. e. ἐρ. λόγος) permulti scripserunt philosophi; sed titulus est semper nudus: ἐρωτικός, librum significans vel potius dialogum (λόγος) non hominem. Itaque non placet mihi Hirzelii (Dial. I p. 322 A. 2) sententia conicientis Ἀκούσιος nomen proprium fuisse, ut, quod putare videtur vir doctus, Ἀκούσιος ἐρωτικὸς titulus libri fuisset; quamquam haud ignoro verbum ἐρωτικός de hominibus usurpari saepe, ut Plat. Phaedr. 248 θἀνὴρ ἐρωτικός, Xen. Mem. 2, 6, 28; Aristot. Eth. 8, 3, titulus ab Hirzelio fictus mihi ineptus esse videtur. Ἐρωτικόν fuisse puto librum peculiarem;[1]) ergo etiam fuit ἀκούσιος. Argumentum huius libri sciri nequit; de re contraria egerunt Aristoteles (DL V 24) et Theophrastus (V 43) περὶ ἑκουσίου. E solo titulo quicquam certi eruere velle absurdum est: nec possumus diiudicare, utrum Clinias ille frater Alcibiadis an Pythagoreus fuerit an alius quispiam; sed facere nolim cum Hirzelio (Dial. I p. 322 A. 2) opinante quae Diog. La. II 49 ex Aristippo περὶ παλαιᾶς τρυφῆς de Xenophontis et Cliniae amore affert, ex Heraclide hausta esse: rectius censet Wilamowitzius (Phil. Unt. IV p. 48) haec stultissime ex Xenophontis Symposio et primo Memorabilium esse ficta. Tertia igitur pars scriptorum ethici argumenti tria scripta continet.

In componendis libris physicis aliam rationem iniit auctor catalogi. Ex verbis καὶ κατ' ἰδίαν elucet antea scriptum esse nominatum in cuius titulo ψυχή coniuncta erat cum alio verbo. Ob id scribendum est περὶ νοῦ καὶ ψυχῆς, et sic librum argumenti physici ab Heraclide inscriptum esse eo magis nobis persuadebimus, quod legimus apud Hippolytum (cf. pag. 63): κινεῖσθαι δὲ τὰ σώματα μήτε ὑπὸ βάρους μήτε πληγῆς, ἀλλ' ὑπὸ θείας δυνάμεως ἣν νοῦν καὶ ψυχὴν προςαγορεύει. Haec

---

[1]) Athenaeus XIII 602b: Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ περὶ ἐρωτικῶν.

duo affert catalogus: περὶ νοῦ καὶ ψυχῆς, περὶ ψυχῆς; his opponit περὶ φύσεως, περὶ εἰδώλων πρὸς Δημόκριτον. Eodem modo opponuntur περὶ τῶν οὐρανῶν — περὶ τῶν ἐν ᾅδου, περὶ βίων — περὶ νόσων. Sic voluit auctor catalogi; de libris ipsis ex hac oppositione auctoris coniecturam facere non licet. Atque de libro περὶ βίων consentio cum Schradero p. 241, hoc opus ad historiam naturalem pertinuisse. Adiunxit illis libris auctor catalogi orationem Platonis περὶ τἀγαθοῦ (cf. testim. 18) ab Heraclide, si recte conicio, ut ab aliis (cf. Zeller II 2[4] p. 64 A. 1) editam, tum libellos contra Zenonem et Metronem (cf. p. 17). Secuntur libri grammatici περὶ τῆς Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου ἡλικίας et περὶ Ἀρχιλόχου καὶ Ὁμήρου, i. e. libri qui non poematibus Homeri Hesiodi Archilochi explicandis vel interpretandis destinati erant — hos inter scripta musici argumenti posuisse videtur —, sed in quibus de vita aetate cognatione aemulatione eorum quaedam prolata erant. Inter musica scripta primum est de metris (de his puto actum esse in hoc libro) Euripidis et Sophoclis, tum sequitur illud περὶ μουσικῆς quod Plutarchus de mus. 3 citat sub titulo συναγωγὴ τῶν ἐν μουσικῇ, et post hoc λύσεις Ὁμηρικαί; accedunt θεωρηματικόν, περὶ τῶν τριῶν τραγῳδοποιῶν, χαρακτῆρες, περὶ ποιητικῆς καὶ τῶν ποιητῶν: omnes hi libri, de quibus accuratiora non notescunt, ad poetas interpretandos spectasse iudicandi sunt. Adnexuit his auctor catalogi eos libros qui in nullo catalogi capite apte poni posse videbantur, ut interpretationes philosophorum, quaestiones philosophicae vel poeticae vel naturales. De ceteris libris quorum omnium fere solus titulus exstat, nihil dicam; de unico ὑποθῆκαι πρὸς Διονύσιον liceat coniecturam proferre. Ungeri (p. 493) sententia, πρὸς Διονύσιον libellum fuisse contra Dionysium dialecticum, valde improbabilis est, iam ob temporum rationem (cf. Zeller II 1[4] p. 341). Opinor ut Hesiodus ad fratrem Persem, Theognis ad amicos, praecipue ad Cyrnum, Solon ad se ipsum ὑποθήκας composuerant vel potius, cum hunc titulum non ipsi carminibus imponerent, composuisse dicebantur, ita Heraclides ad discipulum Dionysium, nec ineptum esse puto conicere hoc carmen fuisse. De rhetoricis et historicis scriptis nihil habeo quod dicam; nec possum decernere num Heraclides etiam geometrica et dialectica scripserit. De toto catalogo iudico sic: fides habenda est catalogo dum non certis argumentis evincitur inesse ei spuria; plenus ferme prorsus esse videtur. Iam habes catalogum:

Ἠθικὰ μέν·
περὶ δικαιοσύνης τρία
ἓν δὲ περὶ σωφροσύνης
περί τε εὐσεβείας α'
περὶ ἀνδρείας α'
κοινῶς τε περὶ ἀρετῆς α'
καὶ ἄλλο περὶ εὐδαιμονίας,
περί τε ἀρχῆς α'
περὶ νόμων
καὶ τῶν συγγενῶν τούτοις·

περὶ νομισμάτων α'
συνθῆκαι α',
ἀκούσιος
ἐρωτικός
καὶ Κλεινίας α'

Φυσικὰ δέ·
περὶ νοῦ καὶ ψυχῆς
καὶ κατ' ἰδίαν περὶ ψυχῆς
καὶ περὶ φύσεως
καὶ περὶ εἰδώλων πρὸς Δημόκριτον
περὶ τῶν οὐρανῶν
περὶ τῶν ἐν ᾅδου
περὶ βίων α' β'
αἰτίαι περὶ νόσων α'
περὶ τἀγαθοῦ α'
πρὸς τὸ Ζήνωνος α'
πρὸς τὸ Μήτρωνος α'

Γραμματικὰ δέ·
περὶ τῆς Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου ἡλικίας α' β'
περὶ Ἀρχιλόχου καὶ Ὁμήρου α' β'

Καὶ μουσικὰ δέ·
περὶ τῶν παρ' Εὐριπίδῃ καὶ Σοφοκλεῖ α' β' γ'
περὶ μουσικῆς α' β' γ'
λύσεων Ὁμηρικῶν α' β'
θεωρηματικόν α'
περὶ τῶν τριῶν τραγῳδοποιῶν α'
χαρακτῆρες α'
περὶ ποιητικῆς καὶ τῶν ποιητῶν α'
περὶ στοχασμοῦ α'
προοπτικῶν α'
Ἡρακλείτου ἐξηγήσεις δ'
πρὸς τὸν Δημόκριτον ἐξηγήσεις α'
λύσεων ἐριστικῶν α' β'
ἀξίωμα περὶ εἰδῶν α'
λύσεις α'
ὑποθῆκαι πρὸς Διονύσιον α'

Ῥητορικὰ δέ·
περὶ τοῦ ῥητορεύειν ἢ Πρωταγόρας

Ἱστορικά·
περὶ τῶν Πυθαγορείων
καὶ περὶ εὑρημάτων.
Ἀλλὰ καὶ γεωμετρικά ἐστιν αὐτοῦ καὶ διαλεκτικά.

4 Cobet ε' 6 περὶ ὀνομάτων codd. 12 νοῦ περὶ ψυχῆς codd. 16 Cobet τῶν ἐν οὐρανῷ 21. 22 τὸ BP: τὰ. 30 α' β' codd. γ' Athenaeus 11 Cobet προοπτικόν 13 πρὸς τὸν: πρῶτον BP 15 ἀξίωμα α' codd. 17 ὑποθῆκαι α' codd. 26 τῶν deest in P.

Sed antequam ad ipsa fragmenta transeam, operae pretium esse puto de Heraclidis notitia apud veteres paucis disserere. Scriptores quos quidem Heraclidem ante oculos habuisse nos quoque ex fragmentis intelligimus, — omitto Ephorum ex quo fr. 5 dubius sumpsi — sunt hi:

Theophrastus	fr. 19.
Aristoxenus	pag. 92.
Clearchus Solensis . . .	fr. 23. 84 b.
Timaeus Tauromenita . .	fr. 11 c. 48. 66. 74—77.
Epicurus et Epicurei. . .	pag. 61. 40.
Idomeneus Lampsacenus .	fr. 4. 6.

Aristarchus Samius . . .	fr. 50.
Hieronymus peripateticus.	fr. 26. pag. 57.
Eratosthenes	fr. 12. 44.
[Eratosth.] Catasterismi .	fr. 9. 25.
Hermippus	pag. 53. 72. fr. 27 a. 47.
Sosicrates	fr. 15. 27 b. 78 a. d.
Posidonius	fr. 49. 56. 93.
Asclepiades Prusaeus . .	fr. 63. 64 a. d—i.
Varro	fr. 14. 42. 97. pag. 58. 92.
Cicero.	fr. 78 b. 92. pag. 46 et 50.
Strabo	fr. 98. testim. 9.
Plinius	fr. 68.
Plutarchus	fr. 16—20. 22 (?). 28. 33. 34. 35. 43. 81. 83. 95. 103 (?). 107 (?). pag. 75.
Dio Chrysostomus	pag. 75.
Galenus	fr. 70. 71. 73.
Gellius	pag. 54.
Clemens Alexandrinus . .	fr. 13. 65.
Origenes	fr. 69.
Porphyrius	fr. 86—90.
Iulianus Apostata	fr. 46.
Proclus	fr. 36. 41. 54. 91.

Qui praeter hos Heraclidem laudant, Athenaeus, Hippobotus, Diogenes Laertius, lexicographi, commentatores, ne Simplicius (fr. 52. 53) quidem, non Heraclidem ipsum vidisse iudicandi sunt. Elucet autem philosophum nostrum per totam quam dicimus antiquitatem et apud Graecos et apud Romanos innotuisse. Paulo post mortem eius Timaeus etiam Heraclidem vehementer insectatus est, cum in dialogis eius, quorum scena in Sicilia fuit, permultos errores demonstrasse sibi videretur; censuit denique sic: ἀλλὰ διὰ παντός ἐστιν Ἡρακλείδης τοιοῦτος παραδοξολόγος. Epicurus et Epicurei Heraclidis sententias physicas impugnabant; iudicium eorum Timaeo non cedit acerbitate: ‚Ponticus Heraclides puerilibus fabulis refersit libros'. At Alexandrini dictionis Heraclideae elegantia et ubertate valde delectabantur; graves res cum fabulosis mixtae tunc temporis perplacebant: imprimis apud Hermippum et Sosicratem Heraclides multum valuisse videtur. Pompei temporibus Asclepiades medicus clarissimus fundamentum artis medendi in Heraclidis de atomis doctrina posuit; ex quo apte intelligitur quanta auctoritate Platonicus noster Romae viguerit. De Varrone, Cicerone, Plutarcho Heraclidis scriptorum non solum peritis sed imitatoribus iam disputavi.

Nos si de tali viro in fragmentorum exiguitate iudicium facere licet, Ciceroni assentiri non cessabimus Heraclidem doctum imprimis

virum identidem significanti. Nam ne dicam ex fragmentis satis effici Heraclidem et poetas — citantur Homerus, Pratinas, Lasus Hermionensis, Callinus, Ananius, Hipponax, Telestes Selinuntius, Simonides, Pindarus, Sophocles, Euripides — et historicos ut Ephorum (fr. 95), Glaucum Rheginum, fastos Sicyonios et Panathenaicos (fr. 83), penitus novisse, ne dicam eum de Homero, Hesiodo, Aeschylo, Sophocle, Euripide libros scripsisse, Democritum impugnasse, Heraclitum esse interpretatum: Plato dignum eum iudicavit qui Antimachi Colophonii carmina colligeret, neque praeter omnem rationem nuntius quamvis falsus, Heraclidem a Platone dum aberat in Sicilia scholae esse praefectum, fictus esse videtur. Cetera omnia ex fragmentis ipsis colligamus. Hoc unum moneo Heraclidem nobis esse colendum parentem eius generis scribendi quod nunc dicitur ‚Novelle'.

III.

Fragmenta.

I. Περὶ ἡδονῆς.

Κωμικῶς πεπλασμένον DL V 88.

Athen. XII 512 a. cf. Aelian v. h. IV 22.

Ἡρακλείδης δ' ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ περὶ ἡδονῆς τάδε λέγει·

οἱ τύραννοι καὶ οἱ βασιλεῖς πάντων ἀγαθῶν ὄντες κύριοι καὶ πάντων εἰληφότες 1
πεῖραν τὴν ἡδονὴν προκρίνουσι, μεγαλοψυχοτέρας ποιούσης τῆς ἡδονῆς τὰς τῶν ἀνθρώπων φύσεις. ἅπαντες γοῦν οἱ τὴν ἡδονὴν τιμῶντες καὶ τρυφᾶν προῃρημένοι μεγαλόψυχοι καὶ μεγαλοπρεπεῖς εἰσιν, ὡς Πέρσαι καὶ Μῆδοι. μάλιστα γὰρ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων βὴν ἡδονὴν οὗτοι καὶ τὸ τρυφᾶν τιμῶσιν, ἀνδρειότατοι καὶ μεγαλοψυχότατοι τῶν ταρβάρων ὄντες ... ἐστὶ γὰρ τὸ μὲν ἥδεσθαι καὶ τὸ τρυφᾶν ἐλευθέρων· ἀνίησι γὰρ τὰς ψυχὰς καὶ αὔξει· τὸ δὲ πονεῖν δούλων καὶ ταπεινῶν. διὸ καὶ συστέλλονται οὗτοι καὶ τὰς φύσεις. καὶ ἡ Ἀθηναίων πόλις, ἕως ἐτρύφα, μεγίστη τε ἦν καὶ μεγαλοψυχοτάτους ἔτρεφεν ἄνδρας. ἁλουργῆ μὲν γὰρ ἠμπίσχοντο ἱμάτια, ποικίλους δ' ὑπέδυνον χιτῶνας, κορύμβους δ' ἀναδούμενοι τῶν τριχῶν χρυσοῦς τέττιγας περὶ τὸ μέτωπον καὶ τὰς κόρρας (Birt.: κόμας A E) ἐφόρουν· ὀκλαδίας τε αὐτοῖς δίφρους ἔφερον οἱ παῖδες, ἵνα μὴ καθίζοιεν ὡς ἔτυχεν. καὶ οὗτοι ἦσαν [οἱ τοιοῦτοι: del. Kaib.] οἱ τὴν ἐν Μαραθῶνι νικήσαντες μάχην καὶ μόνοι τὴν τῆς Ἀσίας ἁπάσης δύναμιν χειρωσάμενοι. καὶ οἱ φρονιμώτατοι δέ, φησίν, καὶ μεγίστην δόξαν ἐπὶ σοφίᾳ ἔχοντες μέγιστον ἀγαθὸν τὴν ἡδονὴν εἶναι νομίζουσιν, Σιμωνίδης μὲν οὑτωσὶ λέγων·

τίς γὰρ ἁδονᾶς ἄτερ θνητῶν βίος ποθεινὸς ἢ ποία τυραννίς;
τᾶς [δ': del. Kaib.] ἄτερ οὐδὲ θεῶν ζηλωτὸς αἰών.

Πίνδαρος δὲ παραινῶν Ἱέρωνι τῷ Συρακοσίων ἄρχοντι·

μηδ' ἀμαύρου, φησί, τέρψιν ἐν βίῳ· πολύ τοι
φέριστον ἀνδρὶ τερπνὸς αἰών.

καὶ Ὅμηρος δὲ τὴν εὐφροσύνην καὶ τὸ εὐφραίνεσθαι τέλος φησὶν εἶναι χαριέστερον, ὅταν δαιτυμόνες μὲν ἀοιδοῦ ἀκουάζωνται, παρὰ δὲ πλήθωσι τράπεζαι. τοὺς δὲ θεούς φησιν εἶναι ῥεῖα ζώοντας — τὸ δὲ ῥεῖά ἐστιν ἀπόνως — ὥσπερ ἐνδεικνύμενος ὅτι μέγιστόν ἐστι τῶν κακῶν ἡ περὶ τὸ ζῆν ταλαιπωρία καὶ ὁ πόνος.

Athen. XII 554 e. cf. Ael. v. h. IV 25.

Ἐν μανίᾳ δὲ τρυφὴν ἡδίστην γενομένην οὐκ ἀηδῶς ὁ Ποντικὸς Ἡρακλείδης διηγεῖται ἐν τῷ περὶ ἡδονῆς οὕτως γράφων·

2 ὁ Αἰξωνεὺς Θράσυλλος ὁ Πυθοδώρου διετέθη ποτὲ ὑπὸ μανίας τοιαύτης ὡς πάντα τὰ πλοῖα τὰ εἰς τὸν Πειραιᾶ καταγόμενα ὑπολαμβάνειν ἑαυτοῦ εἶναι, καὶ ἀπεγράφετο αὐτὰ καὶ ἀπέστελλε καὶ διῴκει καὶ καταπλέοντα ἀπεδέχετο μετὰ χαρᾶς τοσαύτης ὅσησπερ ἂν τις ἡσθείη τοσούτων χρημάτων κύριος ὤν. καὶ τῶν μὲν ἀπολομένων . . οὔτε ἐπεζήτησεν, τοῖς δὲ σωζομένοις ἔχαιρεν καὶ διῆγεν μετὰ πλείστης ἡδονῆς. ἐπεὶ δὲ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Κρίτων ἐκ Σικελίας ἐπιδημήσας συλλαβὼν αὐτὸν παρέδωκεν ἰατρῷ καὶ τῆς μανίας ἐπαύσατο, διηγεῖτο. οὐδεπώποτε φάσκων κατὰ τὸν βίον ἡσθῆναι πλείονα· λύπην μὲν γὰρ οὐδ' ἡντινοῦν αὐτῷ παραγίγνεσθαι, τὸ δὲ τῶν ἡδονῶν πλῆθος ὑπερβάλλειν.

Athen. XII 525 f.

3 Ἡρακλείδης δ' ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ περὶ ἡδονῆς Σαμίους φησὶ καθ' ὑπερβολὴν τρυφήσαντας διὰ τὴν πρὸς ἀλλήλους μικρολογίαν ὥσπερ Συβαρίτας τὴν πόλιν ἀπολέσαι.

Athen. XII 533 c. cf. Ael. v. h. IV 23.

4 Περικλέα δὲ τὸν Ὀλύμπιόν φησιν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ περὶ ἡδονῆς ὡς ἀπήλλαξεν ἐκ τῆς οἰκίας τὴν γυναῖκα καὶ τὸν μεθ' ἡδονῆς βίον προείλετο ᾤκει τε μετ' Ἀσπασίας τῆς ἐκ Μεγάρων ἑταίρας καὶ τὸ πολὺ μέρος τῆς οὐσίας εἰς ταύτην κατανάλωσεν.

Ephorus apud Diod. Sic. XII 38.

5 Ἀθηναῖοι τῆς κατὰ θάλατταν ἡγεμονίας ἀντεχόμενοι τὰ ἐν Δήλῳ κοινῇ συνηγμένα χρήματα, τάλαντα σχεδὸν ὀκτακισχίλια, μετήνεγκαν εἰς τὰς Ἀθήνας καὶ παρέδωκαν φυλάττειν Περικλεῖ. [οὗτος δ' ἦν εὐγενείᾳ καὶ δόξῃ καὶ λόγου δεινότητι πολὺ προέχων τῶν πολιτῶν.] [1]) μετὰ δέ τινα χρόνον ἀνηλωκὼς [ἀπ' αὐτῶν] [2]) ἰδίᾳ πλῆθος ἱκανὸν χρημάτων, καὶ λόγον ἀπαιτούμενος, εἰς ἀρρωστίαν ἐνέπεσεν, οὐ δυνάμενος τῶν πεπιστευμένων ἀποδοῦναι τὸν ἀπολογισμόν. ἀδημονοῦντος δ' αὐτοῦ περὶ τούτων, Ἀλκιβιάδης ὁ ἀδελφιδοῦς, ὀρφανὸς ὤν, τρεφόμενος παρ' αὐτῷ, παῖς ὢν τὴν ἡλικίαν, ἀφορμὴν αὐτῷ παρέσχετο τῆς περὶ τῶν χρημάτων ἀπολογίας. θεωρῶν γὰρ τὸν θεῖον λυπούμενον ἐπηρώτησε τὴν αἰτίαν τῆς λύπης. τοῦ δὲ Περικλέους εἰπόντος ὅτι· „τὴν περὶ τῶν χρημάτων ἀπολογίαν αἰτούμενος ζητῶ πῶς ἂν δυναίμην ἀποδοῦναι τὸν περὶ τούτων λόγον τοῖς πολίταις“, ὁ Ἀλκιβιάδης ἔφησε δεῖν αὐτὸν σκοπεῖν μὴ πῶς ἀποδῷ τὸν λόγον, ἀλλὰ πῶς μὴ ἀποδῷ. διόπερ Περικλῆς ἀποδεξάμενος τὴν τοῦ παιδὸς ἀπόφασιν ἐζήτει δι' οὗ τρόπου τοὺς Ἀθηναίους δύναιτ' ἂν ἐμβαλεῖν εἰς μέγαν πόλεμον· οὕτω γὰρ μάλιστα ὑπελάμβανε διὰ τὴν ταραχὴν καὶ τοὺς τῆς πόλεως περισπασμοὺς καὶ φόβους ἐκφεύξεσθαι τὸν ἀκριβῆ λόγον τῶν χρημάτων.

---

[1]) uncinis inclusi quod a Diodoro videtur esse additum, cf. Diod. XII 46, 1, ubi eadem fere verba.

[2]) inclusi quod ex ἀπαιτῶν corruptum esse puto, ab falso emendatore margini pro ἀπαιτούμενος adscriptum.

Plut. Per. 35.

ἐπεγράφη δὲ τῇ δίκῃ κατήγορος, ὡς μὲν Ἰδομενεὺς λέγει, Κλέων, ὡς δὲ 6
Θεόφραστος, Σιμμίας, ὁ δὲ Ποντικὸς Ἡρακλείδης Λακρατίδαν εἴρηκε.

Athen. XII 536 f. cf. Aelian. v. h. IV 23.

περὶ δὲ Καλλίου καὶ τῶν τούτου κολάκων φθάνομεν καὶ πρότερον εἰπόντες·[1] ἀλλ' ἐπεὶ καινῶς Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ περὶ ἡδονῆς ἱστορεῖ περὶ αὐτοῦ, ἄνωθεν ἀναλαβὼν διηγήσομαι·

ὅτε τὸ πρῶτον εἰς Εὔβοιαν ἐστράτευσαν οἱ Πέρσαι, τότε, ὥς φασιν, Ἐρετριεὺς 7
ἀνὴρ Διόμνηστος κύριος ἐγένετο τῶν τοῦ στρατηγοῦ χρημάτων. ἔτυχεν γὰρ ἐν τῷ ἀγρῷ τῷ ἐκείνου σκηνῶν καὶ τὰ χρήματα εἰς οἴκημά τι θέμενος τῆς οἰκίας. τελευτησάντων δὲ πάντων διέλαθεν ἔχων ὁ Διόμνηστος τὸ χρυσίον. ἐπεὶ δὲ πάλιν ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς ἀπέστειλεν εἰς τὴν Ἐρετρίαν στράτευμα, προστάξας ἀνάστατον [γενέσθαι: del. Dind.] ποιῆσαι τὴν πόλιν, εἰκότως ὑπεξετίθεντο ὅσοι χρημάτων ηὐπόρουν. οἱ οὖν καταλελειμμένοι τῆς Διομνήστου οἰκίας παρ' Ἱππόνικον τὸν Καλλίου τὸν Ἄμμωνα ἐπικαλούμενον ὑπεξέθεντο τὰ χρήματα εἰς τὰς Ἀθήνας, καὶ ἀνασκευασθέντων ὑπὸ τῶν Περσῶν ἁπάντων τῶν (add. Musur.) Ἐρετριέων κατέσχον οὗτοι τὰ χρήματα πολλὰ ὄντα. ὥστε Ἱππόνικος ὁ ἀπ' ἐκείνου γεγονὼς τοῦ τὴν παρακαταθήκην λαβόντος ᾔτησεν Ἀθηναίους ποτὲ ἐν ἀκροπόλει τόπον, ἵν' οἰκοδομήσηται τοῖς χρήμασιν ὅπου κείσεται, [λέγων: del. Meinek.] ὡς οὐκ ἀσφαλὲς ὂν ἐν ἰδιωτικῇ οἰκίᾳ πολλὰ χρήματα εἶναι. καὶ ἔδοσαν[2] (ἂν add. Wilam.) Ἀθηναῖοι· νουθετηθεὶς δ' ὑπὸ τῶν φίλων μετενόησεν. τούτων οὖν [ὄντων A: om. E] τῶν χρημάτων Καλλίας κύριος γενόμενος καὶ πρὸς ἡδονὴν βιώσας — ποῖοι γὰρ οὐ κόλακες ἢ τί πλῆθος οὐχ ἑταίρων περὶ αὐτὸν ἦσαν, ποίας δὲ δαπάνας οὐχ ὑπερεώρα 'κεῖνος — ἀλλ' ὅμως εἰς τοσοῦτον αὐτὸν περιέστησεν ⟨ἀπορίας⟩ (add. Meinek.) ὁ περὶ ἡδονὴν βίος ὥστε μετὰ γρᾳδίου βαρβάρου διατελεῖν ἠναγκάσθη καὶ τῶν ἀναγκαίων τῶν καθ' ἡμέραν ἐνδεὴς γενόμενος τὸν βίον ἐτελεύτησεν. τὸν δὲ Νικίου, φησί, τοῦ Περγασῆθεν πλοῦτον ἢ τὸν Ἰσχομάχου τίνες ἀπώλεσαν; οὐκ Αὐτοκλέης καὶ Ἐπικλέης οἳ μετ' ἀλλήλων ἀσωτεύεσθαι πρὸ τοῦ κατ' ἐγκράτειαν (ἀ. π. τ. κ. ἐ. addidi Aelianum secutus) ζῆν προελόμενοι καὶ πάντ' ἐν ἐλάττονι ποιούμενοι τῆς ἡδονῆς, ἐπειδὴ πάντα κατανάλωσαν, κώνειον πιόντες ἅμα τὸν βίον ἐτελεύτησαν;

Athen. XII 552 f.

Ἡρακλείδης δ' ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ περὶ ἡδονῆς Δεινίαν φησὶ τὸν 8
μυροπώλην διὰ τρυφὴν εἰς ἔρωτας ἐμπεσόντα καὶ πολλὰ χρήματα ἀναλώσαντα, ὡς ἔξω τῶν ἐπιθυμιῶν ἐγένετο, ὑπὸ λύπης ἐκταραχθέντα ἐκτεμεῖν αὑτοῦ τὰ αἰδοῖα, ταῦτα πάντα ποιούσης τῆς ἀκολάστου τρυφῆς.

---

[1] Adnotat Kaibelius: „De Calliae adulatoribus ne eo quidem loco dixit (Athenaeus) quo de adulatione ex proposito egit (VI cap. 53 sqq.); potest sane Calliae exemplum intercidisse, sed probabilius est haec omnia non Athenaei verba esse, sed eius cuius librum περὶ παλαιᾶς τρυφῆς ille compilavit". Ex eodem libro fluxerunt fr. 1—3, 8, 10, 11.

[2] siquid, addam μέν.

Mentio huius dialogi tam frequens nobis occurrit, ut mihi videtur, ob multa potissimum exempla ex historia sumpta, quae auctor sermoni inseruerat. Dialogum fuisse apparet ex sententiis inter se plane diversis quae eodem in libro proferuntur. Nam furibundae laudi voluptatis (frgm. 1, 2). — testes fiunt populi, poetae, humiles viri vitae cotidianae — opponitur luculenta descriptio malorum (frgm. 4–8) quae ex nimis immodica libidine eveniunt (ταῦτα πάντα ποιούσης τῆς ἀκολάστου τρυφῆς: itaque, ut recte adnotat Kaibelius, Heraclides multa id genus exempla collegerat). Ad frgm. 3 Kaibelius adnotat Samios non μικρολογίᾳ sed potius φιλοτιμίᾳ periisse, collatis Timaei verbis Athen. XII 520 c; sed ὥσπερ Συβαρίτας non ad μικρολογίαν referre cogimur, sed pertinet solum ad verba τὴν πόλιν ἀπολέσαι. Laudatori voluptatis etiam hoc fragmentum tribuo: non quod ἐτρύφησαν — hoc homines μεγαλοψυχοτέρους reddit — sed quod supra modum ἐτρύφησαν, animus pusillus humilisque eos perdidit. — Fragmenta titulo libri inscripta Athenaeo debemus omnia; meum est causas afferre cur cetera aut Heraclidi dederim aut in hoc libro posuerim.

Ephorus cum causas belli Peloponnesiaci exponat (Diod. XII 38—41), primam affert, quod Pericles, cum pecuniam publicam sibi commissam intercepisset, rationem ante populum reddendam veritus Alcibiade puero suadente bellum conflasset. Ineptam hanc infamiam ut, qui totius orbis terrarum historias scribere sibi proposuerit, Ephorum ipsum commentum esse putem, ab animo meo impetrare non possum. Ephorum non ipsum auctorem esse demonstratur et eo quod thesaurum Delium decem milium talentorum summam explevisse dicit, Periclis fraude non commemorata (40), cum cap. 38 iam πλῆθος ἱκανὸν pecuniarum, ταλάντων σχεδὸν ὀκτακισχιλίων, consumpsisse arguatur Pericles; et quod causis tribus allatis cap. 39 deliberatio Periclis nostris fere verbis (ἐμβαλεῖν εἰς μέγαν πόλεμον, ἐξετάζειν ἀκριβῶς τὸν περὶ τῶν χρημάτων λόγον) refertur, nihil valet contra. Totus Athenaei locus 532 f—533 d ex Idomeneo fluxit (cf. Kaib. adnot.); e Lampsaceniopere περὶ δημαγωγῶν etiam quae Plutarchus (fr. 6) de accusatoribus Periclis affert: nonne veri simillimum est utrumque nuntium ex eodem Heraclidis libro ad Idomeneum pervenisse, e libro περὶ ἡδονῆς comice ficto qui scriptori de demagogis permulta suppeditare poterat? Tum vero etiam de litis contra Periclem causa plura apud Heraclidem exposita fuisse iure suspicabimur. Etiam de libidine maxime Periclis plura apud Heraclidem dicta esse exspectamus. Agitur in fragmentis 4, 7, 8 de prodigentia (τὸ πολὺ μέρος τῆς οὐσίας κατανάλωσε; ποίας δαπάνας οὐχ ὑπερεώρα; ἐπειδὴ πάντα κατανάλωσαν; πολλὰ χρήματα ἀναλώσαντα): quocum optime congruit apud Ephorum de eadem re verba fieri (ἀνηλωκὼς ἰδίᾳ πλῆθος ἱκανὸν τῶν χρημάτων). Inde ab his Periclis factis sermo apud

Heraclidem paulo post in accusationem eius post infelicem contra Epidaurum expeditionem incidisse videtur.

Talia in iocoso dialogo personas loquentes fecisse Heraclidi non est opprobrio; Ephorus quam maxime vituperandus, si his in historia conscribenda fidem habuit. Mueller F. G. H. I p. LXIII quae Ephorus de Pericle fabulatur ex Stesimbroto Thasio hausta esse censet sola coniectura nisus. Hoc utique certum est, Ephorum in ratione quam sibi proposuerat (Harpocr. s. v. ἀρχαίως): περὶ τῶν καθ' ἡμᾶς γεγενημένων τοὺς ἀκριβέστατα λέγοντας πιστοτάτους ἡγούμεθα, non permansisse.

Pauca de fragmentis ipsis addam. Frgm. 1 ante ἔστι γὰρ τὸ μὲν ἥδεσθαι lacunam significavi, non solum quod duo insequentia enuntiata a coniunctione γὰρ incipere ferri non potest, sed quod id cuius causa verbis ἔστι γὰρ affertur, in iis quae antecedunt non inest. Antea dictum est Persas Medosque quod maxime inter omnes homines voluptati studerent, generosissimos ac fortissimos esse barbarorum. Huc non quadrat quod legimus deinceps, voluptatem esse liberorum; nam de libertate Medorum Persarumque non agebatur nec agi poterat omnium servissimorum.[1]) Immo vero pergebat Heraclides sic fere: τῶν δ' Ἑλλήνων οἱ τρυφερῶς ζῶντες ἀξιολογώτατα περὶ τῆς ἐλευθερίας πράγματ' ἐνεδείξαντο καὶ μεγίστην ἑαυτοῖς δόξαν περιεποιήσαντο· ἔστι γὰρ κτλ., seu quid aliud addere mavis. Huius rei exemplum proferuntur Athenienses victores Marathonii, quibus alii adiecti erant; nam verba καὶ οἱ φρονιμώτατοι κτλ. non ex continua eiusdem loci oratione esse sumpta docet quod additur φησίν. Eodem modo in frgm. 7 verbis τὸν δὲ Νικίου, φησίν, κτλ. duo exempla consuuntur. Fieri etiam potest ut (frgm. 1) E rectam servaverit lectionem: ἕως μὲν ἐτρύφα, ut his descriptio malorum opposita fuerit quibus libidines remissae rem publicam Atheniensium implicaverint.

Hiatus vitatur in frgm. 1 prorsus, si excipis locum: καὶ οὗτοι ἦσαν οἱ τοιοῦτοι οἱ τὴν κτλ., quem sanandum puto sic: τοιοῦτοι δ' ἦσαν οἱ τὴν κτλ (τοιοῦτοι δ' ὄντες Aelian.), item in 3, 4, 5, 6, 8; in 7 et 2 — exceptis nimirum ubique iis qui aut crasi aut elisione facile tolluntur (quod tamen nolui) — hos inveni locos: ἰδιωτικῇ οἰκίᾳ fr. 7; ἑαυτοῦ εἶναι fr. 2; sed vides hoc pessime esse traditum. Quam ob rem nec οὔτε

---

[1]) Liceat hoc loco animum advertere ad mirum Aeliani locum V. H. X 14: Σωκράτης ἔλεγεν ὅτι ἡ ἀργία ἀδελφὴ τῆς ἐλευθερίας ἐστίν. καὶ μαρτύριον ἔλεγεν ἀνδρειοτάτους καὶ ἐλευθεριωτάτους Ἰνδοὺς καὶ Πέρσας, ἀμφοτέρους δὲ πρὸς χρηματισμὸν ἀργοτάτους εἶναι· Φρύγας δὲ καὶ Λυδοὺς ἐργαστικωτάτους, δουλεύειν δέ. Valde consentit sententia hic prolata cum nostro fragmento. Sed ex Heraclide Aeliani narratio non fluxit; an putabimus Platonis discipulum, quamquam in iocoso dialogo, voluptatem ac desidiam praedicantem fecisse Socratem?

ante ἐπεζήτησεν mutare[1]) nec lacunam post διηγεῖτο explere ausus sum. Male quoque variatur subiectum παρέδωκεν — ἐπαύσατο.

Quot personae colloquium habuerint, sciri nequit; Heraclidem etiam in hoc dialogo antiquos homines, ut ait Cicero, induxisse, veri simile est, cum nemo eorum qui nominantur ad Heraclidis aetatem pertineat. Laus voluptatis Aristippi doctrinam sapit, ut rectissime Hirzel (Dial. I p. 323) Aristippum vel discipulorum quendam loqui coniecisse mihi videatur. Si iure statui Ephorum ex Heraclide hausisse, dialogus inter priores.

II. Περὶ ἐξουσίας.

Τραγικῶς πεπλασμένον DL V 88.

III. Περὶ δικαιοσύνης Γ'.

DL V 86.

DL V 92: ἀλλὰ καὶ Αὐτόδωρος (Ἀντόδωρος BP) ὁ Ἐπικούρειος ἐπιτιμᾷ αὐτῷ, τοῖς περὶ δικαιοσύνης ἀντιλέγων.

Eratosth. catast. epit. 29 p. 154. 55. Robert. ‖ Hygin. astron. II 15

9 Τοῦτο τὸ βέλος ἐστὶ τοξικόν, ὅ φασιν εἶναι Ἀπόλλωνος, ὅτε τοὺς Κύκλωπας τῷ Διὶ κεραυνὸν ἐργασαμένους ἀπέκτεινε δι' Ἀσκληπιόν. ἔκρυψε δ' αὐτὸ ἐν Ὑπερβορείοις, οὗ καὶ ὁ ναὸς ὁ πτέρινος. [λέγεται δὲ πρότερον ἀπενηνέχθαι.] ὅτε ⟨δὲ⟩ τοῦ φόνου αὐτὸν ὁ Ζεὺς ἀπέλυσε καὶ ἐπαύσατο τῆς παρ' Ἀδμήτῳ λατρείας, περὶ ἧς λέγει Εὐριπίδης ἐν τῇ Ἀλκήστιδι, δοκεῖ [δὲ] τότε ἀνακομισθῆναι ὁ ὀϊστὸς μετὰ τῆς καρποφόρου Δήμητρος διὰ τοῦ ἀέρος. ἦν δὲ ὑπερμεγέθης, ὡς Ἡρακλείδης ὁ Ποντικός φησιν ἐν τῷ περὶ δικαιοσύνης. ὅθεν εἰς τὰ ἄστρα τέθεικε τὸ βέλος ὁ Ἀπόλλων εἰς ὑπόμνημα τῆς ἑαυτοῦ μάχης καταστερίσας.

2. ᾧ coni. Rob. 5 glossema ad ὅτε uncinis inclusi. 6 ὕστερον coni. Heynius. δὲ addidi. 10 δὲ delevi.

Ut Eratosthenes autem de Sagitta demonstrat, hac Apollo Cyclopas interfecit, qui fulmen Iovi fecerunt quo Aesculapium interfectum complures dixerunt. hanc autem sagittam in Hyperboreo monte Apollinem defodisse. cum autem Iupiter ignoverit filio, ipsam sagittam vento ad Apollinem perlatam cum frugibus, quae eo tempore nascebantur.

hanc igitur ob causam inter sidera eam monstrant.

15. eam monstrant Wilam. demonstrant DGV monstrant V.

[1]) non arridet mihi Kaibelii coniectura οὐδὲ ἐπεζήτει οὐδέν (οὐδὲ ἐπεζήτει E); supplenda potius puto fere haec: οὔτ' ἤλγει τί ποτ' οὔτ' ἐπεζήτησεν, ut concinnent enuntiata; ἤλγει vel ἐλυπεῖτο necessarium puto cf. infra: λύπην οὐδ' ἡντινοῦν αὐτῇ παραγίνεσθαι.

B.

Athen. XII 523 f.

Ἡρακλείδης δ' ὁ Ποντικὸς ἐν δευτέρῳ περὶ δικαιοσύνης φησίν·

ἡ Μιλησίων πόλις περιπέπτωκεν ἀτυχίαις διὰ τρυφὴν βίου καὶ πολιτικὰς ἔχθρας· 10
οἳ τὸ ἐπιεικὲς οὐκ ἀγαπῶντες ἐκ ῥιζῶν ἀνεῖλον τοὺς ἐχθρούς. στασιαζόντων γὰρ τῶν τὰς οὐσίας ἐχόντων καὶ τῶν δημοτῶν, οὓς ἐκεῖνοι Γέργιθας ἐκάλουν, πρῶτον μὲν κρατήσας ὁ δῆμος καὶ τοὺς πλουσίους ἐκβαλὼν καὶ συναγαγὼν τὰ τέκνα τῶν φυγόντων εἰς ἁλωνίας βοῦς εἰσαγαγόντες συνηλοίησαν καὶ παρανομωτάτῳ θανάτῳ διέφθειραν. τοιγάρτοι πάλιν οἱ πλούσιοι κρατήσαντες ἅπαντας ὧν κύριοι κατέστησαν μετὰ τῶν τέκνων κατεπίττωσαν. ὧν καιομένων φασὶν ἄλλα τε πολλὰ γενέσθαι τέρατα καὶ ἐλαίαν ἱερὰν αὐτομάτην ἀναφθῆναι. διόπερ ὁ θεὸς ἐπὶ πολὺν χρόνον ἀπήλαυνεν αὐτοὺς τοῦ μαντείου καὶ ἐπερωτώντων διὰ τίνα αἰτίαν [ἀπελαύνονται], εἶπεν·

καί μοι Γεργίθων τε φόνος μέλει ἀπτολεμίστων
πισσήρων τε μόρος καὶ δένδρεον αἰὲν ἀθαλλές.

Athen. XII 521 f. cf. Phylarch. apud Athen. XII 521 d. e.

Ἡρακλείδης δ' ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ περὶ δικαιοσύνης φησίν·

Συβαρῖται τὴν Τήλυος τυραννίδα καταλύσαντες τοὺς μετασχόντας τῶν πραγμά- 11
των ἀναιροῦντες καὶ φονεύοντες ἐπὶ τῶν βωμῶν † ἅπαντες . . . (hiatum notat a
Kaib.). καὶ ἐπὶ τοῖς φόνοις τούτοις ἀπεστράφη μὲν τὸ τῆς Ἥρας ἄγαλμα, τὸ δὲ ἔδαφος ἀνῆκε πηγὴν αἵματος, ὥστε τὸν σύνεγγυς ἅπαντα τόπον κατεχάλκωσαν θυρίσι, βουλόμενοι στῆσαι τὴν τοῦ αἵματος ἀναφοράν. . . διόπερ ἀνάστατοι ἐγένοντο καὶ διεφθάρησαν ἅπαντες, οἱ καὶ τὸν τῶν Ὀλυμπίων τῶν πάνυ ἀγῶνα ἀμαυρῶσαι ἐθελήσαντες· καθ' ὃν γὰρ ἄγεται καιρὸν ἐπιτηρήσαντες ἄθλων ὑπερβολῇ ὡς αὑτοὺς καλεῖν ἐπεχείρουν τοὺς ἀθλητάς.

Aelian. v. h. III 43.

Ἐν Συβάρει κιθαρῳδοῦ ᾄδοντος ἐν τῇ ἀγωνίᾳ, ἣν ἐπετέλουν τῇ Ἥρᾳ, στασια- b
Liceat hoc loco proferre coniecturam. Hermippus, permultum in Heraclidis scriptis versatus, citatur apud Plut. Sol. 6 auctor nuntii de Thale matrimonii spretore, qui Solonem Mileti morantem falso de filii morte nuntio deceperit, his verbis: ταῦτα μὲν οὖν Ἕρμιππος ἱστορεῖν φησι Πάταικον, ὃς ἔφασκε τὴν Αἰσώπου ψυχὴν ἔχειν. Quis iste Pataecus? Scriptor huius nominis non notus. At Herodotus VII 154 Pataeci cuiusdam, patris Aenesidemi, mentionem facit. Huius Aenesidemi opera adiutum narrat Herodotus Hippocratem (a. 498 a. Chr. ut videtur cf. Holm Gesch. Sicil. p. 197. 411) Agrigenti tyrannide potitum esse. Aenesidemum Herodoti eundem esse cum patre Theronis, qui (scil. Thero) ipse quoque a. 488 Agrigentinorum tyrannus exstitit, a Pindaro (ol. II 84) aliisque memorato, veri simillimum duco, etsi Holmio p. 415 non videtur. Quomodocunque res se habet, a. 568, in quo Eusebius Phalarin Abarinque ponit, Agrigenti fuisse virum nobilem Pataecum nomine, negari non potest. Apud DL I 25 legimus:

47 καὶ αὐτὸς δέ φησιν (scil. Θαλῆς), ὡς Ἡρακλείδης ἱστορεῖ, μονήρη αὐτὸν γεγονέναι καὶ ἰδιαστήν.

Nescimus an Heraclides Thalem in dialogo quodam loquentem fecerit; certum est Diogenis verba ne tum quidem stare posse. Itaque Cobetus pro καὶ αὐτὸς coniecit Κλύτος, loco obscurorum vocabulorum obscurum nomen proprium ponens. Scribam Πάταικος pro καὶ αὐτός, nisus illo Hermippi loco. Nam utroque loco agitur de Thale caelibe: et nunc demum intelliguntur verba ὃς ἔφασκε τὴν Αἰσώπου ψυχὴν ἔχειν: in coetu virorum quorum unus longam suam μετεμψύχωσιν exposuerat, nihil habebat miri, alium poetae fabularum animum se habere contendere. Ergo Hermippum totum cap. 6 Plutarchi ex Heraclidis dialogo quodam eorum de quibus nunc egimus sibi sumpsisse, Pataecum autem huius dialogi personam fuisse existimo.

Apte suspicatur Hirzel. Dial. I p. 327 Heraclidem in hoc dialogo virum e luna delapsum de rebus caelestibus referentem induxisse, quam ob rem irridet Heraclidem Timaeus DL VIII 72:

τοιαῦτά τινα εἰπὼν ὁ Τίμαιος ἐπιφέρει· ‚ἀλλὰ διὰ παντός ἐστιν Ἡρακλείδης 48
τοιοῦτος παραδοξολόγος, καὶ ἐκ τῆς σελήνης πεπτωκέναι ἄνθρωπον λέγων. De incolis lunae agitur apud Plut. de fac. in orb. lun. 24, ubi nescio an vestigia Heraclidis exstent.

XX. Περὶ φύσεως.

DL V 87.

De Heraclide Platonis in physicis adversario cf. p. 6 testim. 15.

Heraclidi oblocuti sunt Epicurei:

Philodem. schol. Zenon. de lib. dicend. VH[1] V 2 fr. XX p. 97, 10 Usener: .. ἔτι δὲ τὴν μεριζομένην συγγνώμην ἐν οἷς διέπεσον· ὡς ἔν τε τοῖς πρὸς Δημόκριτον ἵσταται διὰ τέλους ὁ Ἐπίκουρος καὶ πρὸς Ἡρακλείδην ἔν τε (cetera desunt).

Plutarch. non posse 2 p. 175, 20 Us.: τοῖς ἐκείνων (scil. Ἐπικούρου καὶ Μητροδώρου λόγοις) ὁ Κωλώτης παραβαλλόμενος εὐφημότατος ἀνδρῶν φαίνεται· τὰ γὰρ ἐν ἀνθρώποις αἴσχιστα ῥήματα, βωμολοχίας ληκυθισμοὺς ἀλαζονείας ἑταιρήσεις ἀνδροφονίας, βαρυστόνους πολυφθόρους βαρυεγκεφάλους συναγαγόντες Ἀριστοτέλους καὶ Σωκράτους καὶ Πυθαγόρου καὶ Πρωταγόρου καὶ Θεοφράστου καὶ Ἡρακλείδου καὶ Ἱππάρχου καὶ τίνος γὰρ οὐχὶ τῶν ἐπιφανῶν κατεσκέδασαν.

Epicureus apud Cic. de ND I 13, 34:

‚ex eadem Platonis schola Ponticus Heraclides puerilibus fabulis refersit libros et tum [tamen modo: corr. Manutius] mundum (deum add. Krische) tum mentem divinam esse putat, errantibus etiam stellis divinitatem tribuit [sensuque deum privat et eius formam mutabilem esse vult] eodemque in libro rursus terram et caelum refert in deos.'

Quae inclusi, affinxit Heraclidi Cicero ex Epicurei mente cf. Krische Forsch. p. 328 sqq. Diels Dox, p. 124.

Geminus ἐν τῇ ἐπιτομῇ τῶν Ποσειδωνίου Μετεωρολογικῶν apud Simpl. in Ar. Phys. II 2 (p. 193 b 23) p. 292 Diels:

καὶ ὁ μὲν φυσικὸς τῆς αἰτίας πολλαχοῦ ἅψεται (D: τὰς αἰτίας π. ὄψεται aEF) 49
εἰς τὴν ποιητικὴν δύναμιν ἀποβλέπων, ὁ δὲ ἀστρολόγος ὅταν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν συμβεβηκότων ἀποδεικνύῃ, οὐχ ἱκανὸς θεατὴς γίνεται τῆς αἰτίας, οἷον ὅτε σφαιροειδῆ τὴν γῆν ἢ τὰ ἄστρα ἀποδίδωσιν, ἐνιαχοῦ δὲ οὐδὲ (om. D) τὴν αἰτίαν λαβεῖν ἐφίεται, ὡς ὅταν περὶ ἐκλείψεως διαλέγηται· ἄλλοτε δὲ καθ' ὑπόθεσιν εὑρίσκει τρόπους τινὰς ἀποδιδούς, ὧν ὑπαρχόντων σωθήσεται τὰ φαινόμενα. οἷον· διὰ τί ἀνωμάλως ἥλιος καὶ σελήνη καὶ οἱ πλάνητες φαίνονται κινούμενοι; ὅτι εἰ ὑποθοίμεθα ἐκκέντρους

αὐτῶν τοὺς κύκλους ἢ κατ' ἐπίκυκλον πολούμενα (aF: πηλούμενα D: πολούμεθα E) τὰ ἄστρα (om. D), σωθήσεται ἡ φαινομένη ἀνωμαλία αὐτῶν δεήσει τε ἐπεξελθεῖν, καθ' ὅσους δυνατὸν τρόπους ταῦτα ἀποτελεῖσθαι τὰ φαινόμενα, ὥστε ἐοικέναι τῇ κατὰ τὸν ἐνδεχόμενον τρόπον αἰτιολογίᾳ τὴν περὶ τῶν πλανωμένων ἄστρων πραγματείαν. διὸ καὶ παρελθών τις, φησὶν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικός, ἔλεγεν (deest in codd.: add. a) ὅτι καὶ κινουμένης πως τῆς γῆς, τοῦ δὲ ἡλίου μένοντός πως (μένοντος πῶς DEF) δύναται ἡ περὶ τὸν ἥλιον φαινομένη ἀνωμαλία σώζεσθαι.

Simpl. in libr. de caelo II 7 (p. 289 b 1) p. 444 Heib.:

50 ὑποθέσεως δὲ ἠξίωσε (scil. Ἀριστοτέλης) καὶ τὸ ἀμφοτέρων ἠρεμούντων, καίτοι ἀπεμφαῖνον δοκοῦν τὸ (τῷ A) σώζεσθαι τὴν φαινομένην αὐτῶν μετάβασιν ἀμφοτέρων ἠρεμούντων, διὰ τὸ γεγονέναι τινάς, ὡς Ἡρακλείδης τε ὁ Ποντικὸς ἦν καὶ Ἀρίσταρχος, νομίζοντας σώζεσθαι τὰ φαινόμενα τοῦ μὲν οὐρανοῦ καὶ τῶν ἄστρων ἠρεμούντων, τῆς δὲ γῆς περὶ τοὺς τοῦ ἰσημερινοῦ πόλους ἀπὸ δυσμῶν κινουμένης, ἑκάστης ἡμέρας μίαν ἔγγιστα περιστροφήν — τὸ δὲ ἔγγιστα πρόςκειται διὰ τὴν τοῦ ἡλίου τῆς μιᾶς μοίρας ἐπικίνησιν — ὡς, εἴ γε μὴ κινοῖτο ἡ γῆ . . . ἀδύνατον τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῶν ἄστρων (ἀστέρων Fc) ἠρεμούντων σωθῆναι τὰ φαινόμενα. πῶς γὰρ ἂν ἡ μετάβασις σώζοιτο πάντων ἀκινήτων λαμβανομένων; De Aristarchi Samii Heraclidem ut videtur secuti doctrina cf. Plut. de fac. in orb. lun. 6, V p. 410, 7 Bernard.: Ἀρίσταρχον ᾤετο δεῖν Κλεάνθης τὸν Σάμιον ἀσεβείας προςκαλεῖσθαι τοὺς Ἕλληνας, ὡς κινοῦντα τοῦ κόσμου τὴν ἑστίαν, ὅτι τὰ φαινόμενα σῴζειν ἀνὴρ ἐπειρᾶτο, μένειν τὸν οὐρανὸν ὑποτιθέμενος, ἐξελίττεσθαι δὲ κατὰ λοξοῦ κύκλου τὴν γῆν, ἅμα καὶ περὶ τὸν αὑτῆς ἄξονα δινουμένην.

Aët. Plac. III 12, 3 p. 378 D:

51 Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς καὶ Ἔκφαντος ὁ Πυθαγόρειος κινοῦσι μὲν τὴν γῆν, οὐ μήν γε μεταβατικῶς ἀλλὰ τρεπτικῶς (Eusebii CDFG: τροπικῶς Euseb. vulgo ante Gaisf.: ἀλλὰ τρ. om. (A)BC), τροχοῦ (δὲ add. vulgo) δίκην ἐνηξονισμένην (corr. Reiske: ἐνιζωνισμένην A: ἐνιζομένην C: ἐν ἄξονι στρεφομένην E), ἀπὸ δυσμῶν ἐπ' ἀνατολὰς περὶ τὸ ἴδιον αὐτῆς κέντρον.

Simplic. in libr. de caelo II 14 (p. 297 a 2) p. 541 H:

52 τοῦτο (scil. astrorum lunaeque schematismos non tales videri posse quales sunt) δὲ ἂν συνέβαινε, καὶ εἰ μεταβατικὴν ἐποιεῖτο κίνησιν (μεταβατικῶς ἐπ. τὴν κίν. Fc) ἡ γῆ· εἰ δὲ κύκλῳ περὶ τὸ κέντρον, ὡς Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ὑπετίθετο, τῶν οὐρανίων ἠρεμούντων, εἰ μὲν πρὸς δύσιν, ἐκεῖθεν ἂν ἐφάνη τὰ ἄστρα ἀνατέλλοντα, εἰ δὲ πρὸς ἀνατολάς, εἰ μὲν περὶ τοὺς τοῦ ἰσημερινοῦ πόλους, οὐκ ἂν ἀπὸ διαφόρων ὁρίζοντος τόπων ὁ ἥλιος καὶ οἱ ἄλλοι πλάνητες ἀνέτελλον, εἰ δὲ περὶ τοὺς τοῦ ζωδιακοῦ, οὐκ ἂν οἱ ἀπλανεῖς ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἀεὶ τόπων ἀνέτελλον (εἰ δὲ περὶ — ἀνέτελλον F: om. Ab) ὥσπερ νῦν· εἴτε δὲ περὶ τοὺς τοῦ ἰσημερινοῦ εἴτε (περὶ — εἴτε om. A) περὶ (καὶ A) τοὺς τοῦ ζωδιακοῦ, πῶς ἂν ἐσώθη τῶν πλανωμένων ἡ εἰς τὰ ἑπόμενα ζῴδια μετάβασις ἀκινήτων τῶν οὐρανίων ὄντων;

Simpl. in libr. de caelo II 13 (p. 293b 32) p. 519 H:

ἐν τῷ κέντρῳ δὲ οὖσαν τὴν γῆν καὶ κύκλῳ κινουμένην, τὸν δὲ οὐρανὸν ἠρεμοῦντα 53
(c: ἠρεμεῖν alii) Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ὑποθέμενος σώζειν ᾤετο τὰ φαινόμενα (F: τὴν φαινομένην A: om. b).

Procl. in Plat. Tim. 281 E Schn.:

ποῦ δὴ (δὲ B) εὔλογον ἡμᾶς ἰλλομένην ἀκούσαντας εἱλουμένην (εἰλουμένην A) 54
καὶ στρεφομένην αὐτὴν ποιεῖν (scil. τὴν γῆν) ὡς Πλάτωνι ἀρέσκον λέγοντας (λέγονται B); Ἡρακλείδης μὲν οὖν ὁ Ποντικός, οὐ Πλάτωνος ὢν ἀκουστής, ταύτην ἐχέτω τὴν δόξαν, κινῶν κύκλῳ τὴν γῆν· Πλάτων δὲ ἀκίνητον αὐτὴν ἵστησιν.

Plato, ut tradit Sosigenes apud Simplic. in l. de caelo II 12 (p. 229b 10) p. 488 H cf. p. 492 H, discipulis suis problema proposuerat, τίνων ὑποτεθεισῶν ὁμαλῶν καὶ τεταγμένων κινήσεων διασωθῇ τὰ περὶ τὰς κινήσεις τῶν πλανωμένων φαινόμενα? Huic problemati graviter incubuit Heraclides et solvit quaestionem sic, ut caelum et solem stare, terram moveri statueret. Praeisse eum dicitur in hac sententia Ecphantus Pythagoreus Siculus, cuius viri notitia solis in Placitis exstat. In fragmento 51 auctor nominatur sententiae, terram rotae instar ab occasu versus ortum circa centrum suum moveri. Putabimusne Heraclidem sententiam cum similitudine a rota sumpta ex Pythagorei scripto, de quo nihil notum est, delibasse? Inspiciamus quae praeter hanc sententiam de Ecphanti doctrina traduntur. Locus primarius est

Hippolyti Refutat. I 15 p. 566 Diels:

Ἔκφαντός τις Συρακόσιος ἔφη μὴ εἶναι ἀληθινὴν τῶν ὄντων λαβεῖν γνῶσιν, ὁρίζει δὲ ὡς νομίζει (ὁρίζειν δὲ ὡς νομίζεται coni. Diels)· τὰ μὲν πρῶτα ἀδιαίρετα εἶναι σώματα καὶ παραλλαγὰς αὐτῶν τρεῖς ὑπάρχειν, μέγεθος σχῆμα δύναμιν, ἐξ ὧν τὰ αἰσθητὰ γίγνεσθαι. εἶναι δὲ τὸ πλῆθος αὐτῶν ὡρισμένον καὶ τοῦτο ἄπειρον (ὡ. καὶ οὐκ ἄ. coni. Roeper: veri similius Gottingenses ὡρισμένων κατὰ τοῦτο, ἄπειρον). κινεῖσθαι δὲ τὰ σώματα μήτε ὑπὸ βάρους μήτε πληγῆς, ἀλλ' ὑπὸ θείας δυνάμεως, ἣν νοῦν καὶ ψυχὴν προσαγορεύει. τούτου μὲν οὖν τὸν κόσμον εἶναι ἰδέαν (corr. Roeper: τοῦ μὲν οὖν τ. κ. εἰδέναι ἰδεῖν libri), δι' ὃ καὶ σφαιροειδῆ ὑπὸ θείας (Gotting.: μιᾶς) δυνάμεως γεγονέναι. τὴν δὲ γῆν μέσον κόσμου κινεῖσθαι (ἐν μέσῳ κ. κ. Zeller coni.) περὶ τὸ αὐτῆς κέντρον ὡς (ἀπὸ δύσεως add. Zeller) πρὸς ἀνατολήν.

Vides fragmentum corruptissimum, sed de Ecphanti doctrina (praeter fr. 51) unicum. Nam ubi alias in Placitis sententiae Ecphanti afferuntur, nihil continent novi ut p. 327 D: Ἔκφαντος ἕνα τὸν κόσμον; p. 330 D: Ἔκφαντος ἐκ μὲν τῶν ἀτόμων συνεστάναι τὸν κόσμον, διοικεῖσθαι δὲ ὑπὸ προνοίας; p. 286 D: Ἔκφαντος Συρακούσιος εἷς τῶν Πυθαγορείων πάντων τὰ ἀδιαίρετα σώματα καὶ τὸ κενόν (scil. ἀρχὰς εἶναι). τὰς γὰρ Πυθαγορικὰς μονάδας οὗτος πρῶτος ἀπεφήνατο σωματικάς, ubi monades Pythagorae commemorantur, ad quas Ecphantum ut Pythagoreum in doctrina atomistica

se retulisse neminem offendet. Sed valde mirum est in Ecphanti dogmatis nullum esse quod non apud Heraclidem quoque reperiatur (quantum quidem ex Hippolyti verbis certi eruere possumus). Nam ut mittam sententiam de motu terrae et de divina vi mundum movente, quam νοῦν καὶ ψυχὴν (cf. scriptum huius tituli Heraclideum) appellasse dicitur — ,tum mundum, tum mentem divinam esse putat' Epicureus Ciceronis —, etiam ἀδιαίρετα illa σώματα idem habet Heraclides:

Dionysius episcop. ap. Euseb. P. E. XIV 23:

55 ἀτόμους δὲ εἶναί φασιν ἀμφότεροι (scil. Ἐπίκουρος καὶ Δημόκριτος) καὶ λέγεσθαι διὰ τὴν ἄλυτον στερρότητα. οἱ δὲ τὰς ἀτόμους μετονομάσαντες ἀμερῆ φασιν εἶναι σώματα τοῦ παντὸς [μέρη] ἐξ ὧν ἀδιαιρέτων ὄντων συντίθεται τὰ πάντα καὶ εἰς ἃ διαλύεται. καὶ τούτων φασὶ τῶν ἀμερῶν ὀνοματοποιὸν Διόδωρον (scil. Κρόνον) γεγονέναι. ὄνομα δέ, φασιν, αὐτοῖς ἄλλο Ἡρακλείδης θέμενος ἐκάλεσεν ὄγκους, παρ' οὗ καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ ἰατρὸς ἐκληρονόμησεν τὸ ὄνομα.

Quae cum ita sint quis credet Heraclidem omnia sua ab Ecphanto esse mutuatum? Accedit aliud. Rectissime monet Zellerus I[4] p. 459 A. 2, verba δι' ὃ σφαιροειδῆ ὑπὸ θείας (vel μιᾶς) δυνάμεως γεγονέναι (scil. τὸν κόσμον) Platonis olere doctrinam. Quid Pythagoreus cum Platone? Videor mihi non errare cum contendam, Ecphantum fuisse personam dialogi Heraclidei περὶ φύσεως, et ex hoc omnia fluxisse quae Placita de Ecphanti doctrina tradunt. Ad eundem fontem refero Ciceronis illud notissimum Acad. II 39, 123: ,Hicetas Syracosius, ut ait Theophrastus, caelum, solem, lunam, stellas supera denique omnia stare censet, neque praeter terram rem ullam in mundo moveri; quae cum circum axem se summa celeritate convertat et torqueat, eadem effici omnia quae si stante terra caelum moveretur', sive quod Cicero memoriter referens Heraclidem cum Theophrasto commutavit, sive quod re vera Theophrastus, auctore Heraclide, talia de Hicetae doctrina exposuerat. Abhorrent utique a Cicerone Placita p. 376: Ἱκέτης (οἰκέτης C) ὁ Πυθαγόρειος δύο (scil. γᾶς εἶναι), ταύτην (αὐτὴν E) καὶ τὴν ἀντίχθονα, quem locum coniectura sanare studuit Boekhius, Unters. über d. kosm. System Platos 1852 p. 125. In verbis Ciceronianis ,eadem effici omnia etc.' unusquisque illud σώζεσθαι τὰ φαινόμενα recognoscit.

Ecphantum igitur et Hicetam Syracusanos personas dialogi περὶ φύσεως eruimus; plures noscimus, et scenam dialogi nostri Syracusis fuisse docemur a

Posidon. apud Strab. p. 98:

56 μνησθεὶς δὲ (scil. Ποσειδώνιος) τῶν περιπλεῦσαι λεγομένων τὴν Λιβύην Ἡρόδοτον μὲν οἴεσθαί φησιν ὑπὸ Δαρείου πεμφθέντας τινὰς τελέσαι τὸν περίπλουν. Ἡρακλείδην δὲ τὸν Ποντικὸν ἐν διαλόγῳ ποιεῖν ἀφιγμένον παρὰ Γέλωνι μάγον τινὰ περιπλεῦσαι φάσκοντα. ἀμάρτυρα δὲ ταῦτ' εἶναι φήσας καὶ Εὔδοξόν τινα . .

ἐλθεῖν εἰς Αἴγυπτον ἱστορεῖ κτλ. cf. p. 100: θαυμαστὸς δὲ κατὰ πάντα ἐστὶν ὁ Ποσειδώνιος, τὸν μὲν τοῦ μάγου περίπλουν, ὃν Ἡρακλείδης εἶπεν, ἀμάρτυρον νομίσας, καὶ αὐτῶν τῶν ὑπὸ Δαρείου πεμφθέτων, ὃν Ἡρόδοτος ἱστορεῖ, τὸ δὲ Βεργαῖον διήγημα τοῦτο ἐν πίστεως μέρει τιθείς, εἴθ' ὑπ' αὐτοῦ πεπλασμένον, εἴτ' ἄλλων πλασάντων πιστευθείς. Recte, ut mihi videtur, cum hoc Posidonii nuntio coniungitur Plut. adv. Col. 14, ubi Heraclidis librum ‚Zoroastrem' affert; hunc igitur nobilissimum magum Heraclides ante Gelonem aliosque Syracusanos circumvecturam narrantem fecerat, et cum magus, similiter atque Abaris, longa ac continua oratione quae in itinere nova atque inaudita viderat exposuisse videatur, haec narratio postea singularis liber e toto opere solutus exstitit. De fide narrationis Heraclideae idem iudicat Posidonius (ἀμάρτυρα) ac de Abaride Plutarchus (Ἡρ. μυθώδης καὶ πλασματίας).[1]

• Adiungam ceteras Heraclidis sententias physicas. Qua in re meminisse iuvat Asclepiadem Bithynum, medicum Romae Pompei temporibns celeberrimum, Heraclidis doctrinam de atomis quas ipse hic ὄγκους nominabat, esse secutum (cf. frgm. 55 extr.). Ubi igitur vestigia huius doctrinae apud Asclepiadem invenimus, nostro iure Asclepiadem Heraclideam sententiam proferre statuemus. Egerat Asclepiades de hisce rebus in libro περὶ στοιχείων Galen. I 487. XVII b 162. De Asclepiade Heraclidis sectatore cf. C. G. Gumpert, Asclep. Bith. fragm. Vimar. 1794 p. 60. Susemihl, Al. L. G. II p. 431.

Aët. Plac. II 1, 5 p. 328 D:

Σέλευκος ὁ Ἐρυθραῖος καὶ Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἄπειρον τὸν κόσμον. 57

Aët. Plac. II 13, 15 p. 343 D:

Ἡρακλείδης καὶ οἱ Πυθαγόρειοι ἕκαστον τῶν ἀστέρων κόσμον ὑπάρχειν γῆν 58 (γήινον coni. Roeth) περιέχοντα (ὑπάρχειν περιέχοντα E) ἀέρα τε καὶ αἰθέρα ἐν τῷ ἀπείρῳ αἰθέρι (om. E: Dielsio Aëtius scripsisse videtur καὶ ἀέρα ἐν τῷ ἀπείρῳ αἰθέρι). ταῦτα δὲ τὰ δόγματα ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς φέρεται (ἐμφέρεται E)· κοσμοποιοῦσι γὰρ ((A)BC: om GE) ἕκαστον τῶν ἀστέρων.

Chalcid. in Plat. Tim. 109 (ed. Mullach):

Denique Heraclides Ponticus cum circulum Luciferi descri- 59 beret, item Solis, et unum punctum atque unam medietatem duobus daret circulis, demonstravit ut interdum Lucifer superior, interdum inferior Sole fiat. Ait enim, et Solem et Lunam et Luciferum et omnes planetas, ubi eorum quisque sit, una linea a puncto terrae per punctum stellae exeunte demonstrari.

[1]) Apparet me non probare Boekhium l. l. p. 139 in verbis παρελθών τις (fr. 49) Heraclidem ipsum latere iudicantem. Heraclides nusquam se ipsum interlocutorem, quoad scimus, fecit; immo cf. Cic. ad Att. XIII 19.

Aët. Plac. II 25, 13 p. 356 D:

60 Ἡρακλείδης (Ἡράκλειτος E (A)BC) γῆν ὁμίχλῃ περιεχομένην (Stob. E: περιειλημμένην Lydus, (A)BC) scil. σελήνην εἶναι. cf. fr. 58. Plut. de fac. in orbe lunae 5. 6. 25.

Aët. Plac. III 2, 5 p. 366 D:

61 Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς νέφος μετάρσιον ὑπὸ μεταρσίου φωτὸς καταυγαζόμενον (scil. κομήτας εἶναι). ὁμοίως δ' αἰτιολογεῖ πωγωνίαν ἅλω δοκίδα κίονα καὶ τὰ συγγενῆ τούτοις, καθάπερ ἀμέλει πάντες οἱ Περιπατητικοί, παρὰ τοὺς (om. B) τοῦ νέφους ταυτὶ γίνεσθαι (ταύτῃ γ. ABC: corr. in Vossiano) σχηματισμούς.

Aët. Plac. III 17, 1 p. 382 D:

62 Ἀριστοτέλης καὶ Ἡρακλείδης (Ἡράκλειτος C) ὑπὸ τοῦ ἡλίου (scil. ἀμπώτιδας γίνεσθαι καὶ πλημμύρας) τὰ (γὰρ add. (A)C) πλεῖστα τῶν πνευμάτων κινοῦντος καὶ συμπεριφέροντος· ὑφ' ὧν ἐμβαλλόντων μὲν προωθουμένην (- μένων B) ἀνοιδεῖν τὴν Ἀτλαντικὴν θάλασσαν καὶ κατασκευάζειν (G: παρασκευάζειν (A)BC) τὴν πλήμμυραν, καταληγόντων δ' ἀντιπερισπωμένην ὑπερβαίνειν, ὅπερ εἶναι τὴν ἄμπωτιν.

Galen. H. Ph. 18 p. 610 Diels:

63 Ἡρακλείδης δὲ ὁ Ποντικὸς καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ Βιθυνὸς ἀνάρμους (ἀνόρ-
a μους A B) ὄγκους (ὅρους B) τὰς ἀρχὰς ὑποτίθενται (ὑποτιθέντες A) τῶν ὅλων (ὅρων A: ὡρῶν B: corr. Diels cf. frgm. 67 b init.).

Sext. Emp. P. H. III 30:

b Ἡρακλείδης δὲ ὁ Ποντικὸς καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ Βιθυνὸς ἀνάρμους ὄγκους (scil. εἶπον τὴν πάντων εἶναι ἀρχήν).

Idem adv. mathem. IX 363:

c Ἀσκληπιάδης δὲ ὁ Βιθυνὸς ἀνάρμους ὄγκους. — Pseudo-Clem. Recogn. III 15: Asclepiades ὄγκους. Fluxerunt haec ex compendio stoico cf. Diels p. 248 sqq.

Cael. Aurel. de morb. acut. I 14:

64 Primordia namque corporis primo constituerat (sc. Asclepiades)
a atomos (immo ὄγκους), corpusculu intellectu sensa, sine ulla qualitate solita, atque ex initio concitata (comitata: commutabilia coni. Wellmann), aeternum se moventia, quae suo incursu offensa, mutuis ictibus in infinita partium fragmenta solvantur magnitudine atque schemate differentia, quae rursum eundo sibi adiecta vel coniuncta omnia faciunt sensibilia, vim in semet mutationis habentia aut per magnitudinem aut per multitudinem aut per schema aut per ordinem. nec, inquit, ratione carere videtur, quod nullius faciant qualitatis corpora. Aliud enim partes, aliud universitatem sequitur; argentum denique album est, sed eius affricatio nigra: caprinum cornu nigrum, sed eius

alba serrago. — Fieri etiam vias (= πόρους), complexione corpusculorum intellectu sensas, magnitudine et schemate differentes, per quas succorum ductus solito meatu percurrens, si nullo fuerit impedimento retentus, sanitas maneat, impeditus vero statione corpusculorum morbos efficiat.

Aët. Plac. I 13, 2 p. 312 D (περὶ ἐλαχίστου):

Ἐμπεδοκλῆς ἔφη πρὸ τῶν τεσσάρων στοιχείων θραύσματα ἐλάχιστα, οἱονεὶ b
στοιχεῖα πρὸ τῶν στοιχείων ὁμοιομερῆ· Ἡράκλειτος (Ἡρακλείδης coni. Schleierm.) πρὸ τοῦ ἑνὸς δοκεῖ τισι ψήγματα καταλείπειν. Ξενοκράτης καὶ Διόδωρος ἀμερῆ τὰ ἐλάχιστα ὡρίζοντο. Ἡρακλείδης θραύσματα (cf. supra: ‚mutuis ictibus in infinita partium fragmenta solvantur‘).

Aët. Plac. IV 9, 6 p. 397 D:

Παρμενίδης Ἐμπεδοκλῆς Ἀναξαγόρας Δημόκριτος Ἐπίκουρος Ἡρακλείδης c
παρὰ τὰς συμμετρίας τῶν πόρων τὰς κατὰ μέρος αἰσθήσεις γίνεσθαι τοῦ οἰκείου τῶν αἰσθητῶν ἑκάστου ἑκάστῃ ἐναρμόττοντος (Diels: ἀναρμόττοντος).

Pseudo-Galen. Introd. XIV p. 698 K:

κατὰ δὲ Ἀσκληπιάδην στοιχεῖα ἀνθρώπου ὄγκοι θραυστοὶ καὶ πόροι. d

Galen. Theriac. ad Pis. XIV 250:

εἰ μὲν γὰρ ἐξ ἀτόμου καὶ τοῦ κενοῦ κατὰ τὸν Ἐπικούρου τε καὶ Δημοκρίτου e
λόγον συνειστήκει τὰ πάντα, ἢ ἔκ τινων ὄγκων καὶ πόρων κατὰ τὸν ἰατρὸν Ἀσκληπιάδην· καὶ γὰρ οὗτος ἀλλάξας τὰ ὀνόματα μόνον καὶ ἀντὶ μὲν τῶν ἀτόμων τοὺς ὄγκους, ἀντὶ δὲ τοῦ κενοῦ τοὺς πόρους λέγων τὴν αὐτὴν ἐκείνοις τῶν ὄντων οὐσίαν εἶναι βουλόμενος.

Sex. adv. mathem. X 318 p. 540 B:

οἱ δὲ περὶ τὸν Δημόκριτον καὶ Ἐπίκουρον ἐξ ἀνομοίων τε καὶ ἀπαθῶν, τουτέστι f
τῶν ἀτόμων, οἱ δὲ περὶ τὸν Ποντικὸν Ἡρακλείδην καὶ Ἀσκληπιάδην ἐξ ἀνομοίων μὲν παθητῶν δέ, καθάπερ τῶν ἀνάρμων ὄγκων (scil. ἐδόξασαν τὴν τῶν πραγμάτων γένεσιν). cf. Sex. III 5. VIII 220.

Sex. adv. mathem. VII 202:

ἔοικε γὰρ ... Ἀσκληπιάδην τὸν ἰατρὸν αἰνίττεσθαι, ἀναιροῦντα μὲν τὸ ἡγε- g
μονικόν, κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον αὐτῷ γενόμενον. cf. idem l. l. 380.

Chalcid. in Plat. Tim. 213 p. 226 Mullach:

Aut enim moles quaedam (= ὄγκοι) sunt leves et globosae eaedem- h
que admodum delicatae, ex quibus anima subsistit, quod totum spiritus est, ut Asclepiades putat, aut ignitae atomi iuxta Democritum etc.

Cael. Aurel. de morb. acut. I 14 extr.:

i (Asclepiades) regnum animae aliqua in parte corporis constitutum negat. Etenim nihil aliud esse dicit animam quam sensuum omnium coetum: intellectum autem occultarum vel latentium rerum (= τῶν ἀδήλων) per solubilem fieri motum sensuum qui ab accidentibus sensibus atque antecedenti perspectione perficitur.

cf. Zeller Ph. dG. III 1[3] p. 550 sq.

XXI. Περὶ εἰδώλων πρὸς Δημόκριτον.

DL V 87.

Clem. Alex. Protrept. V 66:

65 Ἐπικούρου μὲν γὰρ μόνου καὶ ἑκὼν ἐκλήσομαι, ὅς οὐδὲν μέλειν οἴεται τῷ θεῷ διὰ πάντων ἀσεβῶν. τί γὰρ Ἡρακλείδης ὁ Ποντικός; οὐκ ἔσθ᾽ ὅπῃ οὐκ ἐπὶ τὰ Δημοκρίτου καὶ αὐτὸς κατασύρεται εἴδωλα.

cf. Diels Dox. p. 131 sq. Zeller II 14 p. 1038 A. 3.

XXII. Περὶ βίων Β'.

DL V 87.

Antig. Hist. Mirab. CLII p. 97 West.:

66 τὴν δὲ ἐν τοῖς Σαρμάταις λίμνην Ἡρακλείδην γράφειν, ὅτι οὐδὲν τῶν ὀρνίθων ὑπεραίρειν, τὸ δὲ προσελθὸν ὑπὸ τῆς ὀσμῆς τελευτᾶν· ὃ δὲ καὶ περὶ τὴν Ἀορνῖτιν δοκεῖ γίγνεσθαι καὶ κατίσχυσεν ἡ φήμη παρὰ τοῖς πλείστοις. Idem exstat apud Sotionem fr. 22 p. 186 West. Tzetz. ad Lyc. v. 704.

Fragmentum Heraclidis nostri esse ex eo potissimum concludere licet quod oblocutus est Timaeus apud Antig. l. l:

ὁ δὲ Τίμαιος τοῦτο μὲν ψεῦδος ἡγεῖται εἶναι· τὰ πλεῖστα γὰρ κατατυχεῖν (κατὰ τύχην vulgo: corr. Bentley) τῶν εἰθισμένων παρ᾽ αὐτῇ διαιτᾶσθαι· ἐκεῖνο μέντοι λέγει, διότι συνδένδρων τόπων ἐπικειμένων αὐτῇ καὶ πολλῶν κλάδων καὶ φύλλων διὰ τὰ πνεύματα τῶν μὲν κατακλωμένων, τῶν δὲ ἀποσειομένων, οὐδέν ἐστιν ἰδεῖν ἐπ᾽ αὐτῇ ἐφεστηκός, ἀλλὰ διαμένειν καθαράν.

Timaeum Tauromenitam quem iam fr. 11 Heraclidi obloquentem vidimus, gravissimum fuisse censorem Pontici quam maxime elucet ex dialogo

XXIII. Αἰτίαι περὶ νόσων.

DL V 87.

De morbis quaedam iam prolata sunt fr. 64; certum esse iudico Heraclidem, cum ageret de morbis, a doctrina sua elationum (sic vel ‚tumores' vertit Pseudo-Clemens ὄγκους p. 251 D) profectum et Asclepiadem in hac re eum secutum esse.

Galen. de tremore VII p. 614 K:

67 [ὅτι μὲν γὰρ τὸ ῥιγοῦν πάθος ἐστὶν τοῦ κατὰ φύσιν θερμοῦ, σχεδὸν ἅπασιν
a ὡμολόγηται] ... πῶς γὰρ οὖν οὗτοι (scil. Ἐρασίστρατος καὶ Πραξαγόρας καὶ Φιλό-

τιμος καὶ Ἀσκληπιάδης) πάθος ἐμφύτου θερμοῦ λέγοιεν, οἵ μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἔμφυτον εἰδότες θερμόν; ἀλλ'.. ἓν τοῦτο πάντες ὁμολογοῦσιν, ὡς ἔσται τι κατὰ φύσιν ἐν ἑκάστῳ θερμόν, ἐν τῷ προςήκοντι μέτρῳ θεωρούμενον. καὶ δὴ (Arnim: δὲ) περὶ τοῦτο ῥῖγός τε καὶ φρίκην φασὶν ἅπασάν τε γίνεσθαι κατάψυξιν (κατὰ ψύξιν: corr. Arnim). Ἀσκληπιάδης γοῦν οὐ μόνον τὸ θερμόν, αλλ' οὐδ' ἄλλην τινὰ τιθεὶς ἔμφυτον δύναμιν, ἅπαντα πυρετὸν ἐπί τισιν ἐμφράξεσιν ὄγκων ἐν πόροις ἀεὶ συνίστασθαι λέγων, ἐν μεγέθεσι πόρων τὴν διαφορὰν τιθέμενος αὐτοῦ, οὕτω φιλοτεχνεῖ, δείκνυσί τε, τίσι μὲν ἀνάγκη ῥῖγος ἐζεῦχθαι, τίσι δ' οὔ.... ἀλλὰ τοῦτο (scil. pugnare contra Asclepiadem) μὲν εἰς ἕτερον ἀναβεβλήσθω καιρόν. οὐδὲ γὰρ Ἀθήναιον ἐπαινῶ περὶ μὲν Ἀσκληπιάδου καὶ Ἡρακλείδου τοῦ Ποντικοῦ καὶ Στράτωνος τοῦ φυσικοῦ λέγοντά τι, τῶν δ' ἄλλων οὐδενὸς μνημονεύοντα.

Galen. Theriac. XIV p. 251 K:

διόπερ δὲ καὶ πολλάκις ἐγὼ τεθαύμακα πῶς ὁρῶντες ἐπὶ τοῦ παντὸς οὕτω γενομένας ταχείας τροπὰς καὶ τὴν τοσαύτην ἐν ταῖς κράσεσιν μεταβολήν, εἶθ' ὑπομένουσιν ἀρχὰς τῶν ὅλων τὰς τοιαύτας τίθεσθαι, καὶ μάλισθ' ὁ νῦν εἰρημένος ἰατρὸς Ἀσκληπιάδης... καὶ διὰ τοῦτο ἐδόκει μοι τὸν ἄνδρα μὴ μόνον τὸ ἐπὶ τῶν φαρμάκων γιγνόμενον (γιγνομένων: corr. Arnim) ἀκολούθως ἀναιρεῖν διὰ τὴν ἀκολουθίαν τοῦ δόγματος, ἀλλὰ καὶ τὴν φύσιν αὐτὴν τὴν διοικοῦσαν ἐν ἡμῖν τὰ πάντα μηδὲν εἶναι οἴεσθαι. ἕκαστα γὰρ τῶν γιγνομένων ἐκ τῆς τῶν ὄγκων συνθέσεως καὶ συμπλοκῆς γίγνεσθαι βούλεται. διόπερ καὶ θαυμάζειν ἐπέρχεταί μοι, ὅταν αὐτὸν ὁρῶ τὰ οὕτω θαυμαστὰ τῆς φύσεως ἔργα μὴ βλέποντα κτλ. b

Galen. de methodo medendi 2 X p. 124 K:

ἦν μὲν γὰρ οὐ σμικρὸν οὐδὲ τὸ Ἀσκληπιάδειον πτῶμα, διὰ τὸ κατ' ἀρχὰς ἐσφάλθαι τὸν ἄνδρα περὶ τὰ τοῦ σώματος στοιχεῖα. c

Puto Heraclidem in hoc dialogo non quasi compendium morborum scripsisse, sed potissimum de respiratione egisse (cf. Asclepiadis librum περὶ τῆς ἀναπνοῆς καὶ τῶν σφυγμῶν Galen. VIII p. 758 K); nobis certe nihil praeterea notum. Quamquam non arridet mihi Hirzelii coniectura (Dial. I p. 325) titulum dialogi fuisse Ἄπνους ἢ περὶ νόσων; immo liber ἄπνους pars dialogi περὶ νόσων fuisse videtur. Quomodocunque res se habet, liber Heraclideus ἄπνους vel περὶ τῆς ἄπνου celeberrimus fuit apud veteres:

Plin. N. H. VII 52 § 175:

Feminarum sexus huic malo (scil. exanimitati) videtur maxime 68
opportunus conversione vulvae, quae si corrigatur, spiritus restituitur. huc pertinet nobile illud apud Graecos volumen Heraclidis septem diebus feminae exanimis ad vitam revocatae. — Inter auctores libri VII Plinius nominat Heraclidem Ponticum I 7.

Orig. contra Cels. II 70:

παραθησόμεθα μὲν καὶ Πλάτωνα λέγοντα, Ἦρον τὸν Ἀρμένιον μετὰ δώδεκα ἡμέρας 69
ἐκ τῆς πυρᾶς ἐγηγέρθαι καὶ ἀπηγγελκέναι τὰ περὶ τῶν ἐν ᾅδου. ὡς πρὸς ἀπίστους δὲ καὶ τὰ περὶ τῆς παρὰ τῷ Ἡρακλείδῃ ἄπνου οὐ πάντῃ ἔσται εἰς τὸν τόπον ἄχρηστα.

Galen. de difficultate respir. I T. VII p. 773 K:

70 ἐν μὲν τοῖς πυρετώδεσιν ἅπασι, καὶ μάλιστα ὅσοις περί τι τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων ἢ τὴν καρδίαν ἤθροισταί τι πολὺ πλῆθος θερμότητος, ἡ ἀναπνοὴ πᾶσα μεγάλη καὶ ταχεῖα καὶ πυκνὴ φαίνεται γιγνομένη· ἐν οἷς δὲ ἀπέψυκται τὸ θερμόν, ἡ ἐναντία, ὥστε καί τισιν ἤδη τελέως ἔδοξεν ἀπολωλέναι, καὶ ἣν ὁ Ποντικὸς Ἡρακλείδης ἄπνουν ἔγραψεν ἥδε ἐστίν. τὸ ἀνάλογον γὰρ ἔχειν ἔοικεν ὥςπερ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀναπνοή τε καὶ σφυγμός, οὕτω κἀν τῷδε. παντελῶς γὰρ οὐδέτερον αὐτῶν ἀπολέσθαι δυνατόν, ἔστ' ἂν περιῇ (Arnim: περιείη) τὸ ζῶον, ἀπολωλέναι μέντοι δόξαι διὰ σμικρότητα, θαυμαστὸν οὐδέν.

Galen. de locis affectis VI T. VIII p. 414 K:

71 ἡ μὲν οὖν πρώτη λελεγμένη διαφορὰ (scil. τινὰς γυναῖκας ἀναισθήτους τε ἅμα καὶ ἀκινήτους κειμένας, ἀμυδρότατόν τε καὶ μικρότατον ἐχούσας σφυγμὸν ἢ καὶ παντελῶς ἀσφύκτους φαινομένας) κατὰ τὸ τοῦ Ποντικοῦ Ἡρακλείδου γεγραμμένον βιβλίον ἀπορίαν ἔχει πολλὴν ὅπως γίνεται.

DL VIII 61:

72 τὴν γοῦν ἄπνουν ὁ Ἡρακλείδης (Ἡράκλειτος P: Ἡράκλητος BF) φησὶ τοιοῦτόν τι εἶναι, ὡς τριάκοντα ἡμέρας συντηρεῖν ἄπνουν καὶ ἄσφυκτον (ἄσηπτον codd.: ἄσιτον Suid s. v. ἄπνους: corr. Mercurialis) τὸ σῶμα.

Agebatur igitur in libro Heraclideo de muliere per longum tempus (7 dies Plin.; 30 Diog.) exanimi, cui spiritus restitutus est conversione vulvae — haec erat αἰτία exanimitatis — correcta. Multa ut videtur ex hoc libro mutuatus est Galenus l. l. cap. VI. Ipse quoque narrat se vidisse mulierem eodem modo sanari p. 420 K:

ἐν ταύταις μού ποτε ταῖς ἐννοίαις ὄντος ἐφάνη τοιόνδε συμβὰν ἐκ πολλοῦ χρόνου χηρευούσῃ γυναικί. κατεχόντων γὰρ αὐτὴν καὶ ἄλλων μέν τινων ὀχληρῶν καὶ νευρικῶν διατάσεων, εἰπούσης δὲ τῆς μαίας ἀνεσπάσθαι τὴν μήτραν, ἔδοξε χρήσασθαι βοηθήμασι οἷς εἰώθασιν εἰς τὰ τοιαῦτα χρῆσθαι· χρωμένης δ' αὐτῆς, ὑπό τε τῆς αὐτῶν θερμασίας καὶ τῆς κατὰ τὴν θεραπείαν ψαύσεως τῶν γυναικείων τόπων, ἐγένοντο συνολκαὶ μετὰ πόνου τε ἅμα καὶ ἡδονῆς ὅμοιαι ταῖς κατὰ τὰς συνουσίας, ἐφ' αἷς ἐκκριθέντος παχέος τε καὶ πολλοῦ σπέρματος, ἀπηλλάγη τῶν κατεχόντων αὐτὴν ὀχληρῶν ἡ γυνή. Quamquam in tota Galeni cap. 6 disputatione permultum Heraclideum inesse valde apparet, tamen e conexu verborum Galeni quicquam secernere et pro certo Heraclidi adscribere mihi non contigit praeter unum hoc:

Galen. l. l. VIII p. 415 K (statim post fr. 71):

73 λέγεται γὰρ ἄπνους τε καὶ ἄσφυκτος ἐκείνη ἡ ἄνθρωπος γεγονέναι, τῶν νεκρῶν ἑνὶ μόνῳ διαλλάττουσα, τῷ βραχεῖαν ἔχειν θερμότητα κατὰ τὰ μέσα μέρη τοῦ σώματος· ἐπιγέγραπται γοῦν τὸ βιβλίον ἄπνους Ἡρακλείδου· καὶ ζήτησιν ἔφη γεγονέναι τοῖς παροῦσιν ἰατροῖς, εἰ μήπω τέθνηκεν. ⌊Ἡρακλείδου δ' αὖθις ὕστερον

γεγονότες ἔνιοι, βουλόμενοι διασώζεσθαί τι τῆς ἀναπνοῆς, εἰ καὶ μὴ φαίνοιτο, κτηδόνας ἐρίου διεξαμμένου καταρτᾷν φασι χρῆναι πρὸ τῆς ῥινός, εἰς διάγνωσιν ἀκριβῆ τοῦ φέρεσθαί τι πνεῦμα διὰ τῆς ἀναπνοῆς εἴσω τε καὶ αὖθις ἔξω· τινὲς δὲ κατὰ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς ἐπιτιθέναι κελεύουσιν λεκάνιον ὕδατος μεστόν, ἀκίνητον γὰρ ἀκριβῶς φυλαχθήσεσθαι τὸ ὑγρόν, εἰ μηδὲν ὅλως σώζοιτο τῆς ἀναπνοῆς.]

Videmus igitur quaestioni ab Heraclide in medium prolatae etiam posteriorum temporum medicos — nam medicos fuisse τοὺς Ἡρακλείδου ὕστερον γεγονότας elucet — operam dedisse. Nec vero Heraclides curationem examinitatis tamquam a se ipso factam exposuit, sed etiam de hac re antiquas, ut solebat, personas suaviter fecit colloquentes. Hoc nobis excitat quaestionem de scena dialogi.

Praeter haec quae attuli, omnia quae de Heraclidis libro accuratiora scimus debemus Timaeo Tauromenitae. Gravissimus Diogenis auctor in vita Empedoclis est Hippobotus, ex quo omnia quae ex Timaeo affert delibavit. VIII 60—72 (ἔτι καὶ νῦν περιφέρονται), cuius segmenti longe maxima pars — exceptis quae Hippobotus ex Satyro (60), Hermippo (69), Diodoro (70) addidit et Diogenes ex Favorino (63) — fluxit e Timaeo, a Laertio verbo tenus translatum est ex Hippoboto, qui in fine segmenti pugnat contra Timaeum (72 med.). Ex Hippoboto est etiam initium vitae, ubi Hippobotus Timaeum et (ex Timaeo?) Heraclidem citat.[1]) Timaeus pugnaverat contra Heraclidis librum περὶ νόσων, ex quo haec attulerat:

DL VIII 51:

ὁμοίως (scil. Τιμαίῳ) καὶ Ἡρακλείδης ἐν τῷ περὶ νόσων, ὅτι λαμπρᾶς 74
ἦν οἰκίας, ἱπποτροφηκότος τοῦ πάππου, (scil. Ἐμπεδοκλῆς).

DL VIII 60:

Ἡρακλείδης δ' ἐν τῷ περὶ νόσων φησὶ καὶ Παυσανίᾳ ὑφηγήσασθαι 75
αὐτὸν (scil. Ἐμπεδοκλέα) τὰ περὶ τὴν ἄπνουν.

DL VIII 67:

Ἡρακλείδης μὲν γὰρ τὰ περὶ τῆς ἄπνου διηγησάμενος, ὡς ἐδοξάσθη 76
Ἐμπεδοκλῆς ἀποστείλας τὴν νεκρὰν ἄνθρωπον ζῶσαν, φησὶν ὅτι θυσίαν συνετέλει πρὸς τῷ Πεισιάνακτος ἀγρῷ. συνεκέκληντο δὲ τῶν φίλων τινές, ἐν οἷς καὶ Παυσανίας. εἶτα μετὰ τὴν εὐωχίαν οἱ μὲν ἄλλοι χωρισθέντες ἀνεπαύοντο, οἱ μὲν ὑπὸ τοῖς δένδροις

---

[1]) quia tota Heraclidis notitia in vita Empedoclis Diogeni per Hippobotum a Timaeo venit, uon probo Sturzii coniecturam qui DL VIII 52 ἔτι δὲ Ἡρακλείδης scribere vult pro tradito ἔτι τε ἡράκλειτον. Si legimus Ἡρακλείδης, illud ἔτι sensu carere mihi videtur. cf. etiam Zellerum Ph. d. G. I⁴ p. 568. Certe illo loco non de nostro Heraclide agitur.

ὡς ἀγροῦ παρακειμένου, οἱ δ' ὅπῃ βούλοιντο, αὐτὸς δ' ἔμεινεν ἐπὶ τοῦ τόπου ἐφ' οὗπερ κατεκέκλιτο. ὡς δ' ἡμέρας γενηθείσης ἐξανέστησαν, οὐχ εὑρέθη μόνος. ζητουμένου δὲ καὶ τῶν οἰκετῶν ἀνακρινομένων καὶ φασκόντων μὴ εἰδέναι, εἷς τις ἔφη μέσων νυκτῶν φωνῆς ὑπερμεγέθους ἀκοῦσαι προςκαλουμένης Ἐμπεδοκλέα, εἶτ' ἐξαναστὰς ἑωρακέναι φῶς οὐράνιον καὶ λαμπάδων φέγγος, ἄλλο δὲ μηδέν· τῶν δ' ἐπὶ τῷ γενομένῳ ἐκπλαγέντων, καταβὰς ὁ Παυσανίας ἔπεμψέ τινας ζητήσοντας. ὕστερον δ' ἐκώλυε (Reiske: ἐκωλύθη codd.: ἐκώλυσε Cobet) πολυπραγμονεῖν, φάσκων εὐχῆς ἄξια συμβεβηκέναι καὶ θύειν δεῖν καθαπερεὶ γεγονότι θεῷ.

DL VIII 69:

77 Ἱππόβοτος δέ φησιν ἐξαναστάντα αὐτὸν ὡδευκέναι ὡς ἐπὶ τὴν Αἴτνην, εἶτα παραγενόμενον ἐπὶ τοὺς κρατῆρας τοῦ πυρὸς ἐναλέσθαι καὶ ἀφανισθῆναι, βουλόμενον τὴν περὶ αὑτοῦ φήμην βεβαιῶσαι, ὅτι γεγόνοι θεός, ὕστερον δὲ γνωσθῆναι, ἀναρριπισθείσης αὐτοῦ μιᾶς τῶν κρηπίδων· χαλκᾶς γὰρ εἴθιστο ὑποδεῖσθαι. πρὸς τοῦθ' ὁ Παυσανίας ἀντέλεγε.

Fr. 77 Heraclidis esse manifestum fit et ex verbis Timaei huc spectantibus et ex eo quod Pausanias fabulae illi oblocutus est, nimirum Pausanias dialogi Heraclidei persona. Hippoboti nomen, ut videtur, a Diogene repetitum est quod Hermippi erat interpositum.

Contra Heraclidem ut hominem mendacem pugnat Timaeus sic:

1) Συρακόσιόν τε γὰρ εἶναι τὸν Πεισιάνακτα καὶ ἀγρὸν οὐκ ἔχειν ἐν Ἀκράγαντι.

2) Παυσανίαν τε μνημεῖον ἂν (add. Cobet) πεποιηκέναι τοῦ φίλου, τοιούτου διαδοθέντος λόγου, ἢ ἀγαλμάτιόν τι ἢ σηκὸν οἷα θεοῦ· καὶ γὰρ πλούσιον εἶναι.

3) πῶς οὖν, φησίν, εἰς τοὺς κρατῆρας ἥλατο ὧν (ὡς add. Cobet) σύνεγγυς ὄντων οὐδὲ μνείαν ποτὲ ἐπεποίητο (πεποίηται Cobet); τετελεύτηκεν οὖν ἐν Πελοποννήσῳ (cf. VIII 67, 71).

Altera causa, ut hypothetica, nihil valet; ceterum in ea re iam Hippobotus Timaeo oblocutus est (VIII 72: Ἱππόβοτος δέ φησιν ὅτι ἀνδριὰς ἐγκεκαλυμμένος Ἐμπεδοκλέους ἔκειτο πρότερον μὲν ἐν Ἀκράγαντι, ὕστερον δὲ πρὸ τοῦ Ῥωμαίων βουλευτηρίου ἀκάλυφος . . γραπταὶ μὲν γὰρ εἰκόνες αὐτοῦ ἔτι καὶ νῦν περιφέρονται.); saltum in crateras exprobrat Timaeus Heraclidi quamquam hic iam in ipso dialogo Pausaniam huic fabulae reluctantem fecerat. Prima Timaei causa nos docet convivium illud, post quod Empedocles evanuit, Agrigenti habitum esse. Pisianax Agrigentinus Empedoclem amicosque fere octoginta, postquam mulierem a medicis desperatam — Agrigentinam nomine Pantheam ut Hermippus, certe Heraclidem secutus, narrat DL VIII 69: Ἕρμιππος δὲ φησι Πάνθειάν τινα Ἀκραγαντίνην ἀπηλπισμένην ὑπὸ τῶν ἰατρῶν θεραπεῦσαι αὐτὸν καὶ διὰ τοῦτο τὴν θυσίαν ἐπιτελεῖν· τοὺς δὲ κληθέντας εἶναι πρὸς τοὺς ὀγδοήκοντα — curavit, in villam suam invitaverat. Huic convivio intererat Pausanias; medico amico Empedocles, cum Pausanias, ut recte monet Hirzel Dial. I p. 324,

forte abfuisse videretur, rem ipse exposuit. [1]) Itaque etiam in hoc περὶ νόσων dialogo, quod in libris περὶ ψυχῆς et περὶ φύσεως animadverteramus, fieri videmus: longa et continua narratio dialogo inseritur; eadem posteris temporibus — Timaeus nondum novit librum singularem περὶ τῆς ἄπνου vel ἄπνους — solvitur ex toto opere et peculiaris liber circumfertur. De causa exanimitatis et ratione medendi a praesentibus medicis (τοῖς παροῦσιν ἰατροῖς fr. 73) varie disputabatur: denique Empedocles mulierem similem in modum atque qualem Galenus describit (p. 70) curasse videtur. Etiam in hoc libro multa iucunda ac speciosa ad lectorem delectandum orationi fuisse admixta elucet ex famoso illo dicto Pythagorae quod Empedocles, initio ut videtur, rettulerat:

DL Prooem. 12:

φιλοσοφίαν δὲ πρῶτος ὠνόμασε Πυθαγόρας καὶ ἑαυτὸν φιλόσοφον, ἐν Σεκυῶνι 78
διαλεγόμενος Λέοντι τῷ Σεκυωνίων τυράννῳ ἢ Φλειασίων, καθά φησιν Ἡρακλείδης a
ὁ Ποντικὸς ἐν τῇ περὶ τῆς ἄπνου· μηδένα γὰρ εἶναι σοφὸν [ἄνθρωπον: incl. Cobet] ἀλλ' ἢ θεόν.

Cic. Tusc. disp. V 3, 8:

— — omnes qui in rerum contemplatione studia ponebant, b
sapientes et habebantur et nominabantur, idque eorum nomen usque ad Pythagorae manavit aetatem, quem ut scribit auditor Platonis Ponticus Heraclides, vir doctus in primis, Phliuntem ferunt venisse, eumque cum Leonte, principe Phliasiorum, docte et copiose disseruisse quaedam; cuius ingenium et eloquentiam cum admiratus esset Leon, quaesivisse ex eo qua maxime arte confideret; at illum artem quidem se scire nullam, sed esse philosophum. Admiratum Leontem novitatem nominis quaesivisse, quinam essent philosophi, et quid inter eos et reliquos interesset; Pythagoram autem respondisse, similem sibi videri vitam hominum et mercatum eum qui haberetur maxumo ludorum apparatu totius Graeciae celebritate; nam ut illic alii corporibus exercitatis gloriam et nobilitatem coronae peterent, alii emendi aut vendendi quaestu et lucro ducerentur, esset autem quoddam genus eorum, idque vel maxume ingenuum, qui nec plausum nec lucrum quaererent, sed visendi causa venirent studioseque perspicerent quid ageretur et quomodo: item nos quasi in mercatus

---

[1]) cf. frgm. 75. — Cobeti coniectura in tertia Timaei causa: πεποίηται non probo; non id dicere vult Timaeus nusquam apud scriptores crateras illos commemorari Agrigentinos, sed in Heraclidis dialogo ne commemoratos quidem antea fuisse, ut plane incredibilis esset legentibus historiola. Aetnam puto ab Hippoboto demum ficte esse additam.

quandam celebritatem ex urbe aliqua sic in hanc vitam ex alia vita et natura profectos alios gloriae servire, alios pecuniae; raros esse quosdam qui ceteris omnibus pro nihilo habitis rerum naturam studiose intuerentur; hos se appellare sapientiae studiosos (id est enim philosophos); et ut illic liberalissimum esset spectare nihil sibi acquirentem, sic in vita longe omnibus studiis contemplationem rerum cognitionemque praestare. cf. Duemmler Akad. p. 246.

Iamblich. V. P. XII 58:

c λέγεται δὲ Πυθαγόρας πρῶτος φιλόσοφον ἑαυτὸν προσαγορεῦσαι, οὐ καινοῦ μόνον ὀνόματος ὑπάρξας, ἀλλὰ καὶ πρᾶγμα οἰκεῖον προσεκδιδάσκων (προεκδιδάσκων F vulgo: corr. Cobet) χρησίμως. ἐοικέναι γὰρ ἔφη τὴν εἰς τὸν βίον τῶν ἀνθρώπων πάροδον τῷ ἐπὶ τὰς πανηγύρεις ἀπαντῶντι ὁμίλῳ. ὡς γὰρ ἐκεῖσε παντοδαποὶ φοιτῶντες ἄνθρωποι ἄλλος κατ' ἄλλου χρείαν ἀφικνεῖται, ὁ μὲν χρηματισμοῦ τε καὶ κέρδους χάριν ἀπεμπολῆσαι τὸν φόρτον ἐπειγόμενος, ὁ δὲ δόξης ἕνεκα ἐπιδειξόμενος [ἥκει incl. Cobet] τὴν ῥώμην τοῦ σώματος· ἔστι δὲ καὶ τρίτον εἶδος τό γε ἐλευθεριώτατον συναλιζόμενον τόπων θέας ἕνεκα καὶ δημιουργημάτων καλῶν καὶ ἀρετῆς ἔργων καὶ λόγων, ὧν αἱ ἐπιδείξεις εἰώθασιν (Nauck: εἰώθεσαν) ἐν ταῖς πανηγύρεσι γίνεσθαι — οὕτως δὴ κἀν τῷ βίῳ παντοδαποὺς ἀνθρώπους ταῖς σπουδαῖς εἰς ταὐτὸ ἀθροίζεσθαι. τοὺς μὲν γὰρ χρημάτων καὶ τρυφῆς αἱρεῖ πόθος· τοὺς δὲ ἀρχῆς καὶ ἡγεμονίας ἵμερος φιλονεικίαι τε δοξομανεῖς κατέχουσιν· εἰλικρινέστατον δὲ εἶναι τοῦτον ἀνθρώπου τρόπον, τὸν ἀποδεξάμενον τὴν τῶν καλλίστων θεωρίαν, ὃν καὶ προσονομάζειν φιλόσοφον.

d Ex Heraclide ut saepius sua hausit Sosicrates DL VIII 8: Σωσικράτης δ' ἐν διαδοχαῖς φησιν αὐτὸν ἐρωτηθέντα ὑπὸ Λέοντος τοῦ Φλειασίων τυράννου, τίς εἴη, φιλόσοφος εἰπεῖν. καὶ τὸν βίον ἐοικέναι πανηγύρει· ὡς οὖν εἰς ταύτην οἱ μὲν ἀγωνιούμενοι, οἱ δὲ κατ' ἐμπορίαν, οἱ δέ γε βέλτιστοι ἔρχονται θεαταί, οὕτως ἐν τῷ βίῳ οἱ μὲν ἀνδραποδώδεις, ἔφη, φύονται δόξης καὶ πλεονεξίας θηραταί, οἱ δὲ φιλόσοφοι τῆς ἀληθείας. Itaque DL Prooem. 12 si ad Sosicratem auctorem revoco, haud aberrare mihi videor a vero.

XXIV. Περὶ τἀγαθοῦ Α'.

DL V 87.

cf. p. 5 testim. 18; p. 43.

XXV. Πρὸς τὸ Ζήνωνος Α'.

DL V 87.

XXVI. Πρὸς τὸ Μήτρωνος Α'.

DL V 87.

XXVII. Περὶ τῆς Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου ἡλικίας Β'.
DL V 87.

DL V 92:
Χαμαιλέων τε τὰ παρ' ἑαυτοῦ φησι κλέψαντα αὐτὸν τὰ περὶ Ἡσιόδου καὶ Ὁμήρου γράψαι.

Vita Homeri VI p. 31 Westerm. Biogr.:
Ἡρακλείδης μὲν πρεσβύτερον Ἡσιόδου λέγει (scil. Ὅμηρον). 79

XXVIII. Περὶ Ἀρχιλόχου καὶ Ὁμήρου Β'.
DL V 87.

Dio Chrys. or. 53, 1. II p. 110, 3 Arnim:
καὶ δὴ καὶ αὐτὸς Ἀριστοτέλης ... ἐν πολλοῖς διαλόγοις περὶ τοῦ ποιητοῦ διέξεισι θαυμάζων αὐτὸν ὡς τὸ πολὺ καὶ τιμῶν· ἔτι δὲ Ἡρακλείδης ὁ Ποντικός.

Illud ἐν πολλοῖς διαλόγοις ad utrumque membrum referendum esse videtur, ut — si recta est lectio codicum — Heraclidis vel hunc vel librum περὶ τῆς Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου ἡλικίας dialogum fuisse apte conicias.

Plut. non posse suav. 12, VI p. 386 Bernard.:
οὐ γὰρ ἂν ἐπῆλθεν αὐτοῖς εἰς νοῦν βαλέσθαι τὰς τυφλὰς καὶ νωδὰς ἐκείνας ψηλαφήσεις καὶ ἐπιπηδήσεις τοῦ ἀκολάστου (scil. τοῖς Ἐπικουρείοις), μεμαθηκόσιν εἰ μηδὲν ἄλλο γράφειν περὶ Ὁμήρου καὶ περὶ Εὐριπίδου, ὡς Ἀριστοτέλης καὶ Ἡρακλείδης καὶ Δικαίαρχος.

Anon. in Aristot. Eth. Nicom. III 2 (1111 a 10) p. 145 Heylbut:
δοκεῖ γὰρ Αἰσχύλος λέγειν μυστικά τινα ἔν τε ταῖς Τοξότισι καὶ Ἱερείαις καὶ 80
ἐν Σισύφῳ πετροκυλιστῇ καὶ Ἰφιγενείᾳ καὶ Οἰδίποδι. ἐν γὰρ τούτοις πᾶσι περὶ Δημήτρας λέγων τῶν μυστικωτέρων (μυστικῶν coni. Schneidewin) περιεργότερον ἅπτεσθαι ἔοικε (om. B). λέγει δὲ περὶ Αἰσχύλου καὶ Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Ὁμήρου, ὡς κινδυνεύοντος ἐπὶ σκηνῆς ἀναιρεθῆναι ἐπὶ τῷ τῶν μυστικῶν περιφέρειν τινὰ δοκεῖν, εἰ μὴ προαισθόμενος κατέφυγεν ἐπὶ τὸν τοῦ Διονύσου βωμόν, καὶ Ἀρεοπαγιτῶν αὐτὸν παραιτησαμένων ὡς ὀφείλοντα κριθῆναι πρῶτον (?), ἐδόκει ὑπαχθῆναι εἰς δικαστήριον καὶ ἀποφυγεῖν, αὐτὸν τῶν δικαστῶν ἀφέντων μάλιστα διὰ τὰ πραχθέντα αὐτῷ ἐν τῇ ἐπὶ Μαραθῶνι μάχῃ. ὁ μὲν γὰρ ἀδελφὸς αὐτοῦ Κυναίγειρος ἀπεκόπη τὰς χεῖρας, αὐτὸς δὲ πολλὰ τρωθεὶς φοράδην ἀνηνέχθη. μαρτυρεῖ δὲ τούτοις κατὰ τὸ ἐπὶ τῷ τάφῳ αὐτοῦ ἐπίγραμμα·

Αἰσχύλον Εὐφορίωνος Ἀθηναῖον τόδε κεύθει
μνῆμα καταφθίμενον πυροφόροιο Γέλας·
ἀλκὴν δ' εὐδόκιμον Μαραθώνιον ἄλσος ἂν εἴποι
καὶ βαθυχαιτήεις Μῆδος ἐπιστάμενος.

Epigramma mutilatum praebet anonymus; Αἰ. Εὐ. Αθ. τόδε σῆμα κεύθει ἀποφθινόμενον πυροφόρον; dedi ex vita Aeschyli p. 120 Westerm.; posterius distichum legitur etiam apud Athen. XIV 627 d, ubi minus recte: βαθυχαῖταί κεν Μῆδοι ἐπιστάμενοι.

Plut. de glor. Athen. 3:

81 τὴν τοίνυν ἐν Μαραθῶνι μάχην ἀπήγγειλεν ὡς μὲν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἱστορεῖ, Θέρσιππος ὁ Ἐρωεύς· ὡς δὲ ⟨οἱ⟩ πλεῖστοι λέγουσιν Εὐκλέα· δραμόντα σὺν τοῖς ὅπλοις θερμὸν ἀπὸ τῆς μάχης καὶ ταῖς θύραις ἐμπεσόντα τῶν πρώτων (πρυτάνεων coni. Cobet) τοσοῦτο μόνον εἰπεῖν· χαίρετε καὶ χαίρομεν (νικῶμεν coni. Cobet). εἶτ' εὐθὺς ἐκπνεῦσαι.

DL II 43:

82 ὁ μὲν οὖν (scil. Σωκράτης) ἐξ ἀνθρώπων ἦν· Ἀθηναῖοι δ' εὐθὺς μετέγνωσαν, ὥστε κλεῖσαι παλαίστρας καὶ γυμνάσια. καὶ τοὺς μὲν ἐφυγάδευσαν, Μελήτου δὲ θάνατον κατέγνωσαν· Σωκράτην (—τη BP[1]: —τει P[3]) δὲ χαλκῇ εἰκόνι ἐτίμησαν (χαλκῆς εἰκόνος ἐτιμήσαντο codd.: corr. Cobet), ἣν ἔθεσαν ἐν τῷ πομπείῳ, Λυσίππου ταύτην ἐργασαμένου. Ἄνυτόν τε ἐπιδημήσαντα αὐθημερὸν ἐξεκήρυξαν Ἡρακλεῶται. οὐ μόνον δ' ἐπὶ Σωκράτους Ἀθηναῖοι πεπόνθασι τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πλείστων ὅσων. καὶ γὰρ Ὅμηρον, καθά φησιν Ἡρακλείδης, πεντήκοντα δραχμαῖς ὡς μαινόμενον ἐτίμησαν, καὶ Τυρταῖον παρακόπτειν ἔλεγον καὶ Ἀστυδάμαντα πρῶτον (πρότερον coni. Cobet) τῶν περὶ Αἰσχύλον ἐτίμησαν εἰκόνι χαλκῇ.

Frustra in verbis corrupte aut lacunose traditis sanandis desudavi. Cobetum falso πεντήκοντα δραχμαῖς ὡς μαινόμενον ἐζημίωσαν (pro ἐτίμησαν) coniecisse me monuit Arnim, collata Dionis Chrys. loco nostro simillimo or. 57, 5 (II p. 81, 25 Arn.): ἅ μοι δοκεῖ διανοηθεὶς Ὅμηρος . . τὸν ἅπαντα ἀποδημεῖν χρόνον, ὥστε μηδένα γνῶναι τὴν πατρίδα αὐτοῦ, καὶ μᾶλλον ὡς ἔοικεν αἱρεῖσθαι πέντε καὶ εἴκοσι δραχμὰς προςαιτῶν (conicio πρὸς Ἀθηναίων) λαμβάνειν καὶ ταῦτα ὡς μαινόμενος, ἢ οἴκοι διάγειν. Sed res ipsa crassis ut videtur tenebris circumvolvitur. In verbo ἔλεγον latere puto relationem ad Tyrtaei elegias.

XXIX. Περὶ τῶν παρ' Εὐριπίδῃ καὶ Σοφοκλεῖ Γ'.

DL V 87.

cf. Plut. non posse 12. testim. 16.

XXX. Περὶ μουσικῆς Γ'.

DL V 87.

Huius libri duo exstant fragmenta ampliora et singularia quorum alterum servavit Athenaeus, alterum Plutarchus vel quisquis librum περὶ μουσικῆς compilavit. In hoc libro cena apud Onesicratem magistrum facta Lysias quidam, ipse quoque magister (cap. 14), et Soterichus Alexandrinus orationes de musica habent. Soterichi oratio (14—42), quae fere tota ex Aristoxeno hausta est (cf. Westphal. Plut. über d. Mus. p. 14—18), non pertinet ad nostrum; at initio orationis

Lysianae (3—13) laudatur Ἡρακλείδης ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν ἐν μουσικῇ. Etiam in hac oratione auctor affertur Aristoxenus (p. 497, 3 Bernard.), ex quo altera orationis pars (11—12) fluxit cf. Westph. p. 14. Praeter hos nominantur, ut omittam Glaucum Rheginum iam ab Heraclide laudatum, Alexander (scil. Polyhistor) ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν περὶ Φρυγίας p. 491, 18 et harmonici (καθάπερ οἱ ἁρμονικοί φασιν) p. 496, 8 Bern. Reperimus igitur omnes quorum se niti auctoritate Lysias ipse in prooemio orationis indicat: ἐζητημένον πρόβλημα ἐπιζητεῖς, ἀγαθὲ Ὀνησίκρατες· τῶν τε γὰρ Πλατωνικῶν οἱ πλεῖστοι (Heraclides) καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ Περιπάτου οἱ ἄριστοι (Aristoxenus) περί τε τῆς ἀρχαίας μουσικῆς συντάξαι ἐσπούδασαν καὶ περὶ τῆς αὐτῇ γεγενημένης παραφθορᾶς· ἀλλὰ γὰρ καὶ γραμματικῶν (Alexander Polyhistor) καὶ ἁρμονικῶν οἱ ἐπ' ἄκρον παιδείας ἐληλακότες πολλὴν σπουδὴν περὶ τοῦτο πεποίηνται. Apparet non alium quendam Heraclidem, sed Ponticum nostrum a Plutarcho laudari, nec dubium est quin συναγωγὴ illa τῶν ἐν μουσικῇ liber de quo agimus περὶ μουσικῆς sit, cum eodem modo librum Alexandri Polyhistoris περὶ Φρυγίας a Plutarcho συναγωγὴν τῶν περὶ Φρυγίας significari videamus; et facile adducor ut in libro nostro male tradito ἐν μουσικῇ ex περὶ μουσικῆς corruptum esse credam.

Sed usque quo Heraclidis verba extendantur, valde viri docti dissentiunt. Wyttenbachius et Volkmannus (praef. edit. pag. XI) putant solum caput 3 ex Heraclide fluxisse, caput 4 ab ipso Plutarcho esse additum; sequentia Alexandro Polyhistori deberi. Westphalius pag. 25. 67 sqq. omnia quae capitibus 3—10 continentur, excepto uno illo enuntiato, quo Alexandri sententia affertur, ex Heraclide excerpta esse arbitratur. Causas profert vir doctus has: 1) Alexander Polyhistor in libro de Phrygia ut de Hyagnide, Marsya, Olympo Phrygiis auletis, ita non de Terpandro ceterisque antiquis musicis egisse putandus est; 2) Glaucus Rheginus non a Plutarcho, sed ab Heraclide citatur; 3) Heraclides fastis Sicyoniis usus est (cap. 3): ergo ubi iidem fasti afferuntur (p. 495, 10 cf. 492, 13), idem Heraclides est auctor. In his adstipulor viro docto; quae insuper profert, nec partitiones eius nec lacunas neque enuntiatorum transmutationes probo. Dispositionem Plutarchus ipse ostendit. Onesicrates enim amicos ad orationes habendas sic provocat (cap. 2): ἄγε δή, ὦ μουσικῆς θιασῶται, τίς πρῶτος ἐχρήσατο μουσικῇ, ἀναμνήσατε τοὺς ἑταίρους, καὶ τί εὗρε πρὸς αὔξησιν ταύτης ὁ χρόνος καὶ τίνες εὐδόκιμοι γεγόνασιν τῶν τὴν μουσικὴν ἐπιστήμην μεταχειρισαμένων· ἀλλὰ μὴν καὶ εἰς πόσα καὶ εἰς τίνα χρήσιμον τὸ ἐπιτήδευμα. De virtute et utilitate artis musicae agitur in Soterichi oratione; Lysianae eandem dispositionem legimus cap. 13, ubi finit Lysias orationem: εἰρηκὼς κατὰ δύναμιν περί τε τῆς πρώτης μουσικῆς καὶ τῶν πρώτων (πρῶτον codd.) εὑρόντων αὐτὴν καὶ ὑπὸ τίνων κατὰ χρόνους ταῖς προσεξευρέσεσιν ηὔξηται, καταπαύσω τὸν λόγον. Hanc dispositionem secutus nunc quae libro Plutarchi Heraclidea inesse mihi videntur proponam.

Plut. de mus. 3 sqq. VI p. 489 Bernard.:

I. Τίς πρῶτος εὗρεν.

83 Ἡρακλείδης δ' ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν περὶ μουσικῆς (ἐν μουσικῇ
